

MAGNIFICAE

Ciuitatis Fauentie Ordinamenta Nouis-
sime recognita & reformata: ac in lucē
edita. Regnante Sanctissimo in
xpo patre: & Dño Nro. D.
Clemente Papa
Septimo.



ℭ INCIPIT LIBER PRIMVS STATVTORVM CIVITATIS FAVENTIAE. ET PRIMO PROHEMIVM.

Humanas leges mortalibus diuinitus traditas esse. Multi etiã peritissimi auctores tradidere. Hinc Cicero legem esse a numine Deorum tractam rationem diffiniuit: per ipsas. n. leges, Ciuitates pie ac sancte reguntur, Scelesti homines arcentur, Boni extollunt, iurgia, odia, iræ, seditionesq; cõprimunt, Virtuti omnia ad bene beateq; viuendum parent. Hæ. n. neminem lædi patiunt, iusq; ꝓprium vnicuiq; tribuunt, iusta Iuris cõsulti nostri diuinum oraculum, ipsosq; hoies a belluis non parũ differre ostendunt. Nec sinunt eos, qui viribus præstant, imbecillium iura opprimere, nec inopes a diuitibus pessundari. His vtiq; iustitia conseruatur, quæ (vt Aristoteles attestatur) est clarissima virtutum omnium. Cui (vt Euripides affirmat) nõ potest matutina, aut vespertina stellaꝝ, aut syderum claritas comparari. Et quam virtutũ omnium reginam Cicero in tertio officioꝝ appellat. Hinc cuilibet ciuitati bene institutæ indultum est, sibi ꝓprias leges adiicere: veteres sanctiones corripere, nouas ꝑferre, vt ordinamenta suppetant, iusta temporꝝ quorumcunq; vicissitudines. Et quod a veteribus institutis, aut omissum, seu nõ bene recognitum fuerit, id a recẽtioribus viris ædatur & corrigatur. ℭ Quom igitur almæ Ciuitatis nostræ Statuta, a maioribus nostris, etiam prudentissime promulgata, nunc recognitiõe indigere visum fuerit: vt siquid in eis omissum sit: omnino non ꝑtermittatur. Aut siquid corrigẽdum, aut detrahendum sit, mature corripiatur & imutetur. Ea, sub cẽsura & examine celeberrimoꝝ pontificii ac cæsarei Iuris professorum. D. Gabrielis Calderoni, Andreæ Seueroli, Petrigentilis Ladetchii, Vincentii Tondutii, Aduocatoꝝ & acutissimoꝝ Iurisperitoꝝ Bartholomei Taurelli, & Nicolæ Viarani causarũ patronoꝝ diligentissime recognita & digesta: in vnum Ciuitas nostra redigi curauit, vt quod bono regimini ipsius Ciuitatis cõuenit: adamussim obseruetur. In his. n. quicquid iusti, equi, pii, ac sancti desideratur, accurata solertia sancitum inuenies.

ℭ Ad laudem igitur summi Oppificis, qui omnia cõdidit, & eadem sua virtute moderatur. Ac intactæ Virginis. Et beatoꝝ Apostolorum Petri & Pauli. Et Sanctorum Apollinaris, Aemiliani, Terentii, & Sancti Ioseph: ac Sancti Io. Baptistæ. Quorum ꝑsidio & tutela ab aduersis omnibus Ciuitas ipsa seruatur. Necnon & Sanctæ sedis Apostolicæ, & Sũmi Pont. Maximi Clementis. VII. Sub cuius fœlici imperio & salutari auspitio eadem Ciuitas lætatur, augetur, & regitur. ℭ Subsequuntur instituta huiusmodi summis vigiliis castigata, & ex antiquis eoꝝ codicibus partim ellecta, & partim addita & diligentissime emendata. ℭ Eya igitur candidissime lector, opus hoc tot ꝑstantissimoꝝ virorum suffragiis excultum læta & alacri fronte & supercilio deposito perlegẽdum suscipe. Sic enim lectitãdo. Si malus, bonus. Si probus, sanctior euades. Laus Deo.

ℭ De ellectione consilii centum Sapiẽtum. Et qualiter, & quomodo debeat congregari dictum consilium. Rubrica Prima.

Hac præsenti lege in perpetuum duratura ducimus statuendum, & statuimus q̃ in ciuitate Fauentiæ sit generale consilium centum sapientum virorũ ex prudentioribus dictæ Ciuitatis, pro ut antiquitus obseruatum fuit: pro cõseruatione status pacifici, & trãquilli ipsius ciuitatis, & iurium, & populi eiusdem. Q. d. consilium intelligatur representare, & representet vniuersam ciuitatem, populum,

& cōe dictæ Ciuitatis, & habeat eandem auctoritatem, & potestatem, quam habet vniuersus Populus & Cōmune dictæ Ciuitatis. Et possit prouidere, firmare, statuere, deliberare, & executioni mandare omnia & singula, quæ vtilia, vel necessaria ei videbitur pro cōmodo dictæ Ciuitatis. Et qđ per ipsum consilium vel maiorem partem ipsius ꝓuisum & deliberatum fuerit, habeat plenum robur, perinde ac si per oēs ciues & districtuales civitatis Faueñ. & per vniuersum populum factum prouisum & sancitum foret. Et vno seu pluribus dicti consilii deficiente: seu deficientibus qñcūqꝫ loco dicti deficientis, siue deficientium elligatur, & elligantur alius, & seu alii per dictum generale consilium, scrutinio fabarum albarum & nigraꝝ. Decernentes tñ ꝙ nullus possit elligi de consilio, nisi sit perfectæ ætatis annoꝝ. xxv. Et ꝙ de dicto cōsilio esse non possint, nisi duo de qualibet agnatione. Et omnis ellectio aliter facta: sit ipso iure nulla. Et ꝙ qñcūqꝫ fuerit necessarium consilium cōgregari, debeat primo obtineri inter ipsos dños Antianos per partitum de ipso cōsilio ꝯgregādo vel ne. & eo obtento debeat voce preconis in platea Cōis, & sono cāpanæ cōis ter pulsatæ ꝑconizari, ita ꝙ si debeat congregari in mane, præcedat proclama ꝑcedenti die. Et in dicto cōsilio interesse debeant ad minus duæ partes ex tribus dictoꝝ sapientū. Requisito tñ prius Dño Gubernatore dictæ ciuitatis ꝓ Sancta .R.E. iuxta formā indultorum apostolicorum ipsius Ciuitatis. Et fieri, ac obtineri debeat pars inter eos de omnibus & singulis in dicto consilio proponēdis, & tractandis ad fabas albas & nigras: & tunc partitū illarum fabaꝝ præualeat, quæ plures numero inuenientur, ita tñ ꝙ in ipsis partitis obtinendis non censeatur: deliberatum seu obtentum aliquid, nisi maior pars fabarum albarum in consilio tunc existentium præualeat: excedentibus tñ dimidiam dictaꝝ fabarum. Et ꝙ nihil ꝓponatur in consilio nisi per Priorem Antianoꝝ, & nisi prius inter ipsos Antianos obtentum fuerit ad fabas albas & nigras. Et si super proponendis per Priorem de obtentis vt supra diuersimode arrengaret per consiliarios, ꝙ partitum: quod magis placuerit Antianis: debeat proponi: obtēto tñ prius inter eos partito. Et si contrafactum fuerit sit ipso iure irritum. Et intelligatur necessarium qđ deliberatum fuerit per dños Antianos. Pœna cuilibet consiliario non venienti in consilium solidoꝝ quinqꝫ boñ. pro quolibet & qualibet vice cōmuni Faueñ. applicañ. & ꝙ de dicto consilio non sint: nec eē possint nisi. xxv. ꝓ quolibet quarterio,

De ellectione Antianorum. Rubrica Secunda.

STatuimus & ordinamus: ꝙ in dicta ciuitate Faueñ. sit & eē debeat offm̄ magnificoꝝ dñoꝝ Antianoꝝ numero. xlviii. viroꝝ, duodecim vʒ ꝓ quolibet quarterio: ꝓ ut hactenus obseruatū fuit, q sint de ꝯsilio generali dictæ ciuitatis. Et ꝙ singulis annis in fine mensis Decembris fiant, & ordinenꝰ per vltimā mutā Antianoꝝ qui reperientur vltimis duobus mēsibus in dicto antianatus officio, vna cū aliis duobus cōsiliariis de quolibet quarterio vocādis ꝑ dictos. D. Antianos sex mutæ dñoꝝ Antianoꝝ ꝑsidentium ꝓ tpe ꝓ cōitate Faueñ. in quaꝝ qualibet sit vnus Prior ex sex prioribus deputatis per generale cōsiliū. Quaꝝ quælibet duret: & durare debeat singulis duobus mensibus, & in qualibet muta sint, & ponanꝰ duo de quolibet quarterio. Et dictæ mutæ sic ordinatæ describanꝰ per scribas: seu alteꝝ ex scribis dictæ cōitatis in sex balottis ceræ rubeæ ad rotundum reuolutis, quæ ponātur in pisside, seu bussulo habente vnam clauem mansuram apud Priorem dñorum Antianorū ꝓ tpe & in fine cuiuslibet bimestris fiat extractio sorte de mutis prædictis: in præsentia Magnifici dñi Gubernatoris dictæ ciuitatis ꝓ. S.R.E. Qui Antiani pro tēpore sic extracti iurent in manibus præfati. D. Gubernatoris fidelitatem, & obedientiā ꝓ sede apostolica, & de bene, iuste, fideliter, & legaliter exercendo eoꝝ officium, & obseruañ. pro eorum posse statuta, & ordinamenta dictæ Ciuitatis, & faciendo vtilia dictæ cōmunitatis, & ei inutilia prætermittendo. Quæ extractiones per tempora & iuramēta notentur per dictos scribas, vel alterum eorum in libro reformationum dicti cōmunis

munis. Et ꝙ in principio libri dictarum reformationum annotetur numerus distin-
ctus per portas generalis consilii, & successiue. D. Antianorum immediate post phe-
mium & titulum hmõi libri per præfatos scribas, vel alterũ eorum. Et si contigerit
aliquem ex dictis Prioribus deficere, tunc alius elligatur per dictum consilium gene
rale. Si vero contigerit aliquem ex dictis Antianis mori, ꝙ, tunc per cõsiliũ genera-
le loco sic mortui elligatur ad fabas albas & nigras alius idoneus de eodem quarte-
rio. Si vero contigerit aliquem ex præfatis dñis Prioribus & Antianis absentari, ta
li absentia, quæ arbitrio Antianorum pro tempore requirat subrogationem loco
eius, ꝙ tunc subrogatio huiusmodi (durante dicta absentia) fiat per dictum genera-
le consilium ad fabas albas & nigras, & non aliter, & sit præcisum.

¶ De officio scribarum dominorum Antianorum, & cõis Faueñ. Rub. III.

Statuimus & ordinamus, ꝙ singulis annis in fine fiat extractio de bursa scribarum
principalium dictæ cõmunitatis, videlicet de primo cancellario, pro ut hacte-
nus obseruatum fuit. Et vltra primum scribam sic extrahẽdum, sit & eẽ debeat
alter scriba qui sit: & vocetur coadiutor, & collega dicti primi cancellarii, elligen-
dus in dicto consilio generali: cuius cãcellarii & coadiutoris officium duret p vnũ
annum tantum. Cuius tamen coadiutoris officium possit per cõsilium generale re-
firmari singulis annis, & pro vno anno tantum pro qualibet vice: quæ tamen elle
ctio & refirmatio dicti coadiutoris fieri & proponi non possit in dicto generali cõ
silio, nisi primo fuerit obtenta inter. d. Antianos & adiunctos, & persona seu perso-
næ dicti coadiutoris proponenda: seu proponendæ ad huiusmodi fuerint approba
ta & approbatæ inter dictos. d. Antianos & adiunctos. Quorum salarium videlicet
dicti primi cancellarii sit libr. sex boñ. singulo mense. Dicti vero coadiutoris libr. v.
boñ. similiter quolibet mense cum lucris & emolumentis solitis & consuetis inter
eos æqualiter diuidendis. Qui scribæ simul & insolidum, & tam coniunctim ꝙ diui
sim habeant exercere eorũ officium, & scribere, ac notare omnia & singula occur-
rentia in dicto eorum officio & prætextu dicti officii, & maxime oẽs ellectiones re
ctorum & officialiũ dicti cõis. Ac oẽs & singulas reformatões, decreta: & ordinamẽta
in vno alio libro separato dicti ꝯsilii, officii Antianorum, & adiũctorum, & infra ꝗcũq;
dictæ cõitatis, & generaliter quoscũq; actus ad eorum offm̃ ptinẽtes in vno libro sibi
a cõitate exhibendo. Et ꝙ dicti scribæ habeant a pfata cõitate cæram: chartã: & atra
mentũ. Et qm̃ sæpenumero in dubiũ reuocari ꝯtingit, an exercẽtes officia p cõi Fa
ueñ. ad illa fuerint legitime ellecti, ꝙ qñcũq; fiat ellectio de aliquo officiali i aliquo
ꝯsilio dictæ ciuitatis, teneantur dicti scribæ insolidum ipsa die ellectiõis celebratæ,
vel sequenti: aut saltem infra decem dies ex debito sui officii, & sub infrascripta pœ-
na in vno alio libro, seu registro distincto scribere nomina omnium officialium,
qui fuerint ellecti, & pronomina: ac cognomina. Et illud idẽ fiat de nominibus, &
pronominibus elligentium, declarando nomen & qualitatem officii, ad quod elle
cti fuerunt, & annum, & diem ellectionis factæ. Ita ꝙ si de ellectione talis ellecti in
dubium reuocaretur: possit per ostensionem dicti libri talis dubietas remoueri. Et
ꝙ quando scriptum fuerit inter officiales in dicto libro: intelligatur fuisse officialẽ
dicti cõmunis Fauentiæ, pro ut ipsius libri tenor declarabit. Et ipsi libro quantum
ad prædicta adhibeatur plena fides. Et nullus cuiuscunq; cõditionis existat, audeat
& præsumat opponere, vel negare quin officialis in dicto libro scriptus: sit vel fue-
rit officialis eo tempore, vel ad id officium, quod liber ipse demonstrabat. Et siquis
contrafecerit perseuerando (libro eidem ostenso) puniatur, & condemnetur Cõ-
muni Faueñ. ipso facto in libr. xxv. boñ. cõmuni Fauentiæ applicañ. Et quicunq;
negauerit aliquem: vel aliquod exercentem officium in dicta ciuitate Faueñ. offi-
cialem esse: vel fuisse, vel potestatem habuisse dictum officium exercendi pœna si-
mili puniatur. Et si prædicta notarii Antianorum interscribẽdo negligentes fuerint
vel remissi, puniantur in libr. quinque boñ. sine contradictione aliqua ab eis exigẽ

dis. Et teneatur etiam ipsi scribæ Antianorum, qui pro tempore fuerint, scribere in dicto libro ellectioné dominorum Rectoris: & Potestatis, qui elligentur tempore quo erunt scribæ Antianorum, seu quo intrabunt dicti domini Rector & Potestas infra decem dies post iuramentum ipsorum: & ponant in dicto libro iuramenta dictorum Rectorum, & ipsorum sociorum sub dicta pœna, & tempora eorum introitus. Ac etiam registrare litteras apostolicas, seu breuia apostolica: & alias litteras patentes quorumcunq; legatorum, præsidentium prouinciæ Romandiolæ, & gubernatorum, seu locumtenentium dictæ ciuitatis: & aliorum quorumcunq; officialiũ: seu cõmissariorum & executorum. Et teneatur reducere ad memoriam dñorũ Antianorum, siquid proponeretur quod esset contra statuta & reformationes. Et siqs negauerit aliquem ex prædictis conscriptis in dicto libro esse, vel fuisse Rectorem vel Potestatem, vel officiales ipsorum: condemnetur in quinquaginta libris boñ. pro ut & sicut suprascriptum est. ¶ Verumtamen si cõtingerit dictos dominos Antianos non habere nisi vnum scribam, seu cancellarium, ipse talis scriba teneatur & debeat omnia adimplere, & facere quæ supra de duobus notariis Antianorũ fit mẽtio, seu alio quocunq; loquente de notariis Antianorum, seu reformationum communis Fauentiæ.

¶ De auctoritate officii dñorum Antianorum. Rubrica. Quarta.

Statuimus: decemimus, & declaramus, q̃ Antiani ciuitatis Fauentiæ pro negociis, & occurrentiis cõmunitatis tractandis, debeant se congregare quotiens expedierit: & opus fuerit: & omnia communitatis Fauentiæ expedientia & vtilia pertractare, consulere, prouidere, & ordinare pro pacifico statu & regimine ciuitatis: & Sanctæ Ro. ecclesiæ expensasq; necessarias & vtiles dictæ cõmunitati facere, & fieri facere. Semper tamen cum partito inter eos obtento: non excedentes tamẽ summam libr. decem boñ. Abinde vero supra pro huiusmodi expẽsis requiratur & requiri debeat auctoritas consilii generalis, & tunc fiat quod obtentum fuerit in dicto genrrali consilio. Non possint tamen bona, iura dicti cõmunis donare, vendere, aut quouis titulo alienare vel obligare, nec etiam locare: nisi apothecas, & domos dictæ communitatis solitas locari, quas locare possint vna cum Dominis ciuibus adiunctis vsq; ad triennium tantum, & non vltra. Qui adinncti sint de generali consilio, quatuor, videlicet pro qualibet porta elligendi & deputandi per domi nos Antianos pro tempore. Possint tamen dicti domini Antiani solui mandare salaria ordinaria officialibus cõmunis de introitibus eiusdem. Et nõ possint in dicto consilio proponere diuersas expensas in eodem partito, sed de vnaquaq; expensa fiat diuersum & singulare partitum. ¶ Possint tamen durante eorum bimestri expẽdere libras decem boñ. ad eorum libitum pro vna vice tantum, de introitibus cõmunitatis ad vtilitatem dicti cõmunis, pro ut eis, & eorum conscientiis videbitur. ¶ Nec etiam possint præfati Antiani elligere aliquem ex eis ad aliquod officium, vel in oratorem sine generalis consilii auctoritate. ¶ Et non possint in ius vocari, durante eorum officio, ad petitionem alicuius, coram quocunq; iudice, officiali vel rectore in ciuili causa, nec in criminali, nisi maleficium fuerit cõmissum cum armis & sanguine: vel nisi pœna imponenda pro tali maleficio esset corporis afflictiua: & omnis citatio, actus, & processus aliter factus sit ipso iure nullus. Interim tamẽ instantia non currat. Et durante eorum officio possint impune arma deferre cuiuscunq; generis, & cum vno famulo, si eis placuerit. Et siquid factum deliberatum & obtentum fuerit per & inter Dominos antianos: etiam cum adinnctis, quod sit cõtra statutum aliquod, vel reformationem dictæ cõmunitatis, sit & esse intelligatur ipso iure irritum & inane. ¶ Item non possint præfati Domini antiani aliqnid deliberare vel ordinare, etiam litteras decernendo, vel cõmittendo, nisi collegialiter sint congregati in vnum, & posita inter eos parte: & obtenta inter ipsos per suffragia fabarum, quod q; scribæ eorum non possint nec debeant scribere vel exequi ordinationes

dinationes & deliberationes eorum aliter facere, sub pœna priuationis eorum officii & eorum salarii.

¶De ellectione domini Potestatis. Rubrica. V.

STatuimus, decernimus, & declâramus, q̄ ellectio Domini Potestatis fiat, & fieri debeat per semestre tantum in consilio generali dictæ ciuitatis: quando, & quotiens videbitur expedire dñis Antianis, dictam ellectionem esse proponendam in dicto consilio. Qui prætor sit doctor in iure ciuili: per quinquennium doctoratus, & teneatur docere de eius priuilegio in ingressu sui offici, & in ipso ingressu coram do. Antianis pro tempore habere orationem. Et qui debeat esse ætatis annorum ad minus triginta, & distet a ciuitate Fauentiæ ad minus per decem milliaria a loco suæ habitationis. Et qui in dicto generali consilio in Potestatem fuerit ellectus sit: & esse debeat Potestas ciuitatis comitatus, & districtus Faueñ. Et postq̄ talis sit ellectus venerit in ciuitatem Fauẽtiæ, & iurauerit: vt infra disponitur, habeat merum & mixtum imperium, & gladii potestatem, & eandem potestatem habeat eius Vicarius, stãte ipsius domini Potestatis legitima absẽtia. Et habeat ipse Prætor, & eius Vicarius iurisditionem ordinariam in quibuscunq; causis ciuilibus, criminalibus, & mixtis. Cuius ellectio: & officium cum eius familia: & officialibus suis durare debeat per sex menses (vt supra) continuos: & non vltra. Et qui fuerit Potestas dictæ ciuitatis, & districtus eiusdem, non possit habere nec admitti in dicta ciuitate, & eius districtu ad aliquod officium, inde ad tres annos continuos. Qui tenere debeat continue durante eius officio vnum militem socium: & vnum alium notarium ad maleficia. Qui notarius præesse debeat etiam extraordinariis. Item habere debeat & tenere quatuor famulos, seu berouarios, & vnum equum saltem preciũ quindecim ducatorum auri. Et pro suo salario totius familiæ & equi habeat singulo mense libras quinquaginta bonoñ. a communi Fauentiæ. Et q̄ salarium duorũ mensium dicti domini Potestatis depositarius cõmunitatis retinere debeat penes se. quousq; ipse fuerit absolutus a sindicatu cum eius familia. Saluis retentionibus cõsuetis, quæ ascendunt ad summam librarum. xxii. quolibet semestri, retinendis pro cõmuni per dictum depositarium. Quodq; dictus Dominus potestas teneatur conseruare cõmunitatem Fauentiæ indemnem ab omni & singulo onere & grauamine imposito vel imponendo per superiores sibi: aut dicto eius officio. Teneatur etiam dictus dominus Potestas singulo mense facere mõstram eius familiæ: & equi dñis officialibus custodiæ dictæ Ciuitatis, & vltra ad beneplacitum Dominorũ Antianorum, soluendo singulo mense solidos viginti dictis officialibus, occasione dictæ monstræ. Et si repertum fuerit non habere militem vel notarium, pœna librarum quinq; boñ. pro quolibet & qualibet vice. Si vero non habuerit equum, incidat in pœnam trium libr. qualibet vice. Et pro quolibet famulo deficiente, solidos viginti qualibet vice. Quæ pœnæ cõmuni Fauentiæ applicentur: ipso facto retinẽdæ per dictum depositarium de salario ipsius dñi Potestatis. Debeat item, ac teneatur dictus dominus Potestas semel tantum, qualibet die non feriata, in ciuilibus causis sedere pro tribunali in pallatio cõmunis solito ad eius tribunal pro iure in ciuilibus vniuersaliter reddendo post tertium sonum campanellæ turris cõmunis, saltem per tempus & spatium vnius horæ continue: vel vltra quantum necesse fuerit, seu fuerit requisitus, dũmodo vltra tempus & spacium trium horarum sedere non teneatur. Et q̄ de mane hora tertiarum sedere teneatur, excepto tempore quadragesimæ, in quo sedere, & ius reddere teneatur post nonam post dictum tertium sonũ ipsius campanellæ.

¶De iuramento dicti Dñi potestatis & eius familiæ, ac eius modo, forma, & tenore. Rubrica. VI.

STatuimus & ordinamus: ꝙ Dñs Poteſtas cum ſuis officialibus in initio ſui officii iurare teneatur in manibus Dñorum Antianorum pro tempore exiſtētium ad ſancta Dei euangelia bona fide obſeruare & obſeruari facere ſacroſanctam fidem catholicam, quam ſeruat Romana eccleſia, & de obſeruando: & executioni mandando ſententias latas contra hereticos per inquiſitores hereticæ prauitatis: & ad ipſum inquiſitionis officium libere exercendum, quotieſcunq; per ipſum requiſitus fuerit, de dando auxilium & fauorem, & de permanendo in dicto ſuo officio. Et illud exercendo perſonaliter: & non per ſubſtitutum: niſi in caſu iuſtæ & probabilis, aut euidentis & neceſſariæ abſentiæ. Et de adminiſtrando iuſtitiam bona fide: & ſine fraude, maxime viduis, orphanis, pupillis, miſerabilibus perſonis, maioribus & minoribus, & omni populo Fauentino. Et ſi appellatum fuerit de dando auxilium & fauorem iudici appellationum. Et in executionibus executoribus ſententiarum. Ac de mandando executioni ſi non fuerit appellatum: ſeu reclamatum ſententias, lauda, & præcepta executionem merentia. Et de exigendo & auferendo bāna: collectas, & condemnationes quaſcunq; ſine aliqua mercede. Nec non & de obſeruando & obſeruari faciendo per ſe & totam eius familiam ſtatuta & ordinamēta cōmunis Fauentiæ tam ædita q̃ ædenda in hoc volumine inſerta, ſeu inſerēda, & maxime infraſcriptum proxime ſtatutum. Et vbi prædicta defecerint de obſeruando conſtitutiones prouinciæ in hoc volumine inſertas. Et in earum defectum, iura canonica, & poſtremo in eorum defectum, iura ciuilia. Et etiam de non comedendo, vel bibendo in ciuitate Fauentiæ cum aliquo Fauentino. Nec extra dictum palatium pernoctando abſq; licentia dñorum Antianorum pro tempore eidem p eos concedenda ex cauſa legitima. Et de ſtando ad ſindicatum per tres dies continuos depoſito ſuo officio, ſi libellus vel petitio qualis qualis, aut querela aliqua contra ipſum, ſeu eius familiam data fuerit. Nec non de ſoluendo omnem condemnationem contra eum, & eius familiam fiendam. Et de non recipiendo, vel recipi faciendo per ſe vel eius familiam aliqua enxenia, etiam eſculenta vel poculenta. Et de non petendo refirmationem ſui officii, vel pro aliquo ſuo officiali ſub aliquo quæſito colore directe vel indirecte.

De mercede & ſeu emolumentis dñi Poteſtatis: & eius, ac aliorū quorumcunq; officialium. Rubrica. VII.

VOlentes vt officiales & iudices quicunq; ab omni indebita exactione abſtineant. Et ne prætextu auaritiæ eis occaſio detur a recto tramite deuiandi. Statuimus & ordinamus, ꝙ dominus Poteſtas ciuitatis Fauēt. nec eius Vicarius: vllo quæſito colore poſſit ſportulas aliquas, ſeu capita ſoldorum aliqua ab aliquibus ſubditis ciuitatis Fauentiæ: ſeu eius diſtrictus exigere, nec etiam recipere a ſponte dare volentibus prætextu alicuius conſilii, ſeu ſententiæ, pronunciæ, vel declarationis per eos, vel alium eorum ferendæ, tam in ciuili q̃ in criminali, & tam in cauſis delegatis q̃ in ordinariis. Et ꝙ ſi contigerit pro veritate rei magis dilucidāda iudicem ad locum rei, de qua eſt quæſtio, accedere, tunc poſſit & liceat ipſi iudici recipere pro viatico & acceſſu ſuo ſolid. quinque bonoñ. pro qualibet parte, ſi locus adeundus ſit in ciuitate vel ſuburbiis. Si vero locus ipſe fuerit extra ciuitatem infra tertium lapidem: recipere poſſit ſolidos decem bonoñ. a qualibet parte dumtaxat. Si autem locus prædictus metam prædictam exceſſerit, recipere poſſit ſolum, & dumtaxat ſolidos viginti bonoñ. a qualibet parte. Pro taxatione autem expenſarum in iudicio taxandarum aſcendente ad ſummam librarum cētum boñ. accipere poſſit. d. Iudex pro dicta taxatione ſolid. quinque bonoñ. & abinde ſupra in infinitum ſolid. decem ab ipſis partibus & non vltra. Et ꝙ iudex pro cōmiſſione de capiendo aliquem vt ſuſpectum de fuga, nil poſſit petere vel recipere, niſi cōtingerit ipſum iudicem circa ipſam cōmiſſionem pro iuſtificatione capturæ aliquos

testes recipere & examinare pro liquidatione debiti, quia tunc possit iudex pro dicto examine debitam mercedem ex forma statutorum recipere, & non vltra. Miles autem socius, vel alius executor possit pro tali captura recipere pro sua mercede a forensibus & non subditis cõmunis Fauentiæ solidos quatuor tãtum. Ab habitatoribus vel subditis cõmunis solidos duos tantum. Pœna domino Iudici lib. decẽ boñ. Et militi, vel officiali: seu alteri executori libr. quinque boñ. de facto incurreñ. & cõmuni Fauentiæ applicañ. & sine alia condemnatione exigeñ. qualibet vice qua contrafactum fuerit per aliquem ex prædictis. Statuentes & ordinantes: ꝙ Miles dicti domini Potestatis, seu alius quiuis officialis & executor pro quolibet grauamine reali vel personali faciendo in Ciuitate Fauentiæ, vel eius comitatu & districtu pro negociis gabellarum: seu cõmunis Fauentiæ, & aliarum vniuersitatum: & generaliter in omnibus casibus: in quibus non haberent specialem cõmissionem in scriptis ad instantiam alicuius priuati, habeant & habere debeant pro sua mercede, & emolumento pro quolibet grauamine, & qualibet vice solidum vnum boñ.

¶ Pro grauamine vero personali ad instantiam priuatorum & specialium personarum virtute præcedentis cõmissionis in scriptis manu notarii, solidos duos bonoñ.

¶ Pro reali aũt grauamine, vt supra ꝑ priuatis personis hñdo cõmissionẽ in scriptis in ciuitate & intus circlam pro prima vice solidum vnum. pro secunda vice solid. duos boñ. accipiendo tamen pignora sufficientia ad satisfactionem totius debiti, alias habeat solidum vnum dumtaxat. ¶ Pro reali vero grauamine in scholis comitatus Fauentiæ pro prima vice, habendo cõmissionem in scriptis, pro particularibus personis vsq; ad duo milliaria, solidos duos bonoñ. & abinde vltra, solid. tres bonoñ. Et pro secunda vice accipiendo pignora pro toto debito vsq; ad duo milliaria, solidos quatuor, & abinde vltra solidos quinque bonoñ. Et si pignus non acceperit sufficiens: habeat solum & dumtaxat solidum vnum bonoñ. Et teneantur ipsi milites & alii executores, vt supra, vinculo iuramenti circa dictas pignorationes vti debita diligentia & sine fraude, vt creditores eorum credita consequantur, nec modo aliquo quicquam aliud accipere possint pro mercede sua, sed omnino teneantur pignora accipere, & ea præsentare massarolo eadem die vel sequenti, & accipere debeant singula pignora pro qualibet cõmissione, & quolibet creditore: & non vnum pignus pro pluribus creditoribus, vel cõmissionibus: etiam si essent ad instantiam vnius creditoris. Et si in aliquo prædictorum dicti officiales contrafecerint, incidant in pœnam libr. quinque boñ. pro quolibet & qualibet vice cõmuni Fauentiæ applicañ. & sine alia condemnatione exigeñ. ¶ Et si contigerit aliquem carceratum legitime firmari & arrestari per alios creditores in ipsis carceribus, habeat & habere debeat dictus Miles, & executor pro qualibet arrestatione & refirmatione solidum vnum boñ. dumtaxat, & non vltra sub dicta met pœna. Et idem Dominus potestas, & aliquis eius officialis non possint quicquam exigere ab aliquibus personis occasione alicuius pignoris vetiti, nisi primo ille qui pignus vetuerit, denunciatus fuerit depositario & seu massario cõmunis per ipsum militem vna cum nuncio publico, & aliter exactus vel grauatus, non intelligatur iuridice grauatus. Et potestas, iudex, miles, & officiales qui contrafecerint, incidant ipso facto in dictam pœnam pro qualibet vice: & vt supra applicandam communi Fauentiæ. Nec possint dicti milites, & executores pignorantes ire ad pignorandum aliquem in ciuitate: seu comitatu: & districtu, nisi cum vno ex nuntiis cõmunis, qui nuncius habeat & habere debeat denarios duos pro quolibet bononeno a dicto depositario expensis dicti executoris, pœna dicto militi, seu executori contrafacienti, seu contradicenti libr. quinque bonoñ. pro qualibet vice. Et ꝙ non liceat Domino potestati & eius Vicario, seu cuilibet alii iudici, rectori: vel officiali: vel notario maleficiorum in causis criminalibus, vel mixtis accipere pro aliqua responsione fiẽda ad aliquam denunciam: inquisitionem, vel accusationem, nisi solum & dumtaxat solidos duos bonoñ. & totidem pro fideiussione præstanda, quot quot fuerint denunciati: inquisiti: vel accusati in ipsa denũcia, inquisitione: vel accusatione, per-

na cuilibet contrafacienti lib.quinq; bonoñ.qualibet vice cõi Faueñ.applicañ.

¶ De modo imponendi mulctas per.D.potestatem & eius officiales.Et de redden do rõnem exactionis eaꝝ,& alioꝝ extraordinarioꝝ. Rub. VIII.

STatuimus & ordinamus,q͂.D.ptãs:vel aliquis eius officialis non possint alicui mulctã imponere ex quacũq; rõne vel cã,seu in quouis p̃cepto, excedentẽ summam & q̃titatem lib.xxv.boñ.Et de quaꝝ mulctaꝝ & alioꝝ extraordinariorũ exactione fienda p.D.ptãtem,seu eius officiales, teneaꝭ idem.D.ptãs reddere rõnẽ & eas soluere singulo mẽse depositario cõis Faueñ.sub pœna lib.xxv.boñ. pro singula vice qua cõtrafecerit ipso facto p eũ incurreñ.& cõi Faueñ.applicanda.

¶ De sindicatu.D.ptãtis & eius familia.Et ellectiõe sindicoꝝ. Rubrica. IX.

STatuimus & ordinamus,q͂.D.ptãs ciuitatis Faueñ.cũ eius officialibus & tota familia teneaꝭ finito & deposito suo officio p̃sonaliter stare ad sindicatũ in ciuitate Faueñ.Et teneaꝭ de oĩbus & singulis q̃rimoniis cõtra eũ & eius officiales & familiã datis & factis corã inquisitoribus & sindicatoribus r̃ndere, & eis in oĩbus parere.Qui sindici prima die post dcm̃ depositum offm̃ elligantur, & elligi debeãt per scrutiniũ fabaꝝ solitũ per.D.Antianos ciuitatis Faueñ.p tpe præsidẽtes:& p.D.Adiunctos de ↄsilio generali vocãdos per dictos.D.Antianos. Et qui sindici sint & esse debeant quatuor.Vnus videlicet de qualibet porta.Et quoꝝ duo sint doctores. Vnus notarius.Alius vero mercator,seu artifex ciuitatis Faueñ.Et similiter elligantꝭ p dictos.D.Antianos & Adiũctos vnus notarius q scribat acta fiẽda corã ipsis Sindicis & inq̃sitoribus.Qui Sindici facta eoꝝ ellectione,debeant & possint cognoscere & audire oẽs & singulas quærelas q̃ fierẽt a quauis persona de dicto.D.ptãte eius officialibus & familia infra terminum.x.dierum:porrigendas tamen & dãdas infra triduum inchoandũ prima die dictorum decem dierum,quo elapso querelæ non admittantur.Et teneatur dictus.D.potestas soluere omnem condemnationem per ipsos sindicos de eo,vel eius officialibus:seu de cõmissis ab eo & ab eius familia factã. Et i initio dicti sindicatus dare & dari facere securitatẽ & fideiussionem duaꝝ mille libraꝝ in massaria cõis de soluẽdo qd' iudicatum fuerit per ipsos sindicos. Et quæ satisdatio p̃stetur per ipsum.D.ptãtem tam pro se q̃ eius officialibus. Et de iudicio sisti,& iudicatum soluendo.Et qui fideiussores approbari debeãt per ipsos sindicos. Nec idẽ.D.potestas & eius officiales possint,aut debeant sindicari durante eorum officio,sed solum eo deposito,nisi aliter per consilium generale determinari contigerit.Et dicti sindici in prædictis habeant iurisditionem & merum ac mixtum imperium.& procedere possint & debeãt summariæ:simpliciter:& de plano sine strepitu & figura iudicii,solaq; facti veritate inspecta. Et qui inquisitores & sindici teneãtur de se copiam facere in palatio cõmunis resideñ.Dñi potestatis qualibet die dicti termini horis debitis,semel.s.in tertiis,& semel in vesperis.Et ibidem pro tribunali sedere,& ius reddere saltem per vnam horam pro qualibet vice diei. Et q̃libet dictoꝝ Sindicoꝝ habeat p suo salario solid.xl. boñ. Et totidem notarius actuarius tãtum pro suo salario:quæ soluantur cum effectu per dictũ. D. potestatem. Nec absolui possit nisi solutis integre dictis salariis. Et in quo sindicatu vocari & interesse debeat Sindicus cõmunis Fauentiæ.Quibus inquisitoribus,& sindico prædicto statim dictus dñs Potestas teneatur præsentare & exhibere libras & scripturas quaslibet maleficiorum in forma debita per eosdem examinandas & reuidendas,pœna Dño Potestati contrafacienti libr. quinquaginta boñ.cõmuni Fauentiæ applicanda.
Et casu quo contigerit dictum dñm Potestatem refirmari semel aut pluries,tunc sindicari debeat in fine cuiuslibet semestris. Possit tamen in vltimo sindicatu recenseri & denuo sindicari de omnibus gestis:neglectis vel omissis per eum vel eius familiam & officiales in quacunq; parte sui officii, de quibus non appareret in specie

liberatus

liberatus & absolutus, non obstãte quacunq; sentẽtia absolutoria de eo vel eius fami lia prius in genere facta in quocunq; alio sindicatu eiusdẽ Potestatis & suæ familiæ.

¶ Quod dominus Potestas non possit impedire aliquem officialem, qn suum officium exerceat. Rubrica. X.

STatuimus & ordinamus, q dñs Potestas vel aliquis de sua familia non possit p/ hibere vel impedire per se vel per alium aliquem officialem cõmunis Fauẽtiæ, quin suum officium libere exerceat sm formam statutorum cõmunis Fauen/ tiæ. Et qui per se vel alium cõtrafecerit, qualibet vice in pœnam lib. quinquaginta bonoȓ. incurrat cõmuni Fauentiæ applicañ.

¶ Quod contenta in iuramento dñi Potestatis & officialium habean/ tur pro statutis. Rubrica. XI.

STatuimus & ordinamus, q omnia quæ per statuta ciuitatis Fauentiæ disponũ tur & ordinata sunt in iuramento dñi Potestatis, & quorumlibet officialium dictæ ciuitatis habeãtur pro statutis & inuiolabiliter obseruentur, etiam si non fuerit iuratum per ipsos vel alterum ipsorum officialium.

¶ De statutariis & reformatoribus elligendis. Rubrica. XII.

STatuimus & ordinamus, q vbicũq; vtile, & necessarium fuerit, & videbitur ex/ pediens consilio generali ciuitatis Fauentiæ, elligantur, & elligi debeant p di/ ctum cõsilium generale ciuitatis prædictæ statutarii: seu reformatores ad faciẽ dum, reformandum, corrigendum, ordinandum: ac de nouo compillandum sta/ tuta, & ordinamenta dictæ ciuitatis. Qui sint ciues originarii eiusdem ciuitatis. Et ad minus sint quatuor: vel plures: pro ut videbitur expedire dicto generali cõsilio. Quorum ad minus duo sint doctores legum. Et duo causidici, seu procuratores. Ac etiam elligatur vnus bonus & legalis notarius, qui scribere debeat statuta, ac ordi/ namenta, pro ut per dictos statutarios, seu reformatores dictatum fuerit. Et habeãt, & habere debeant pro eorum salario tam ipsi reformatores q̃ ipse notarius illud qđ statutum & deliberatum fuerit per dictum generale consilium, quod salarium solui debeat per depositarium dictæ cõmunitatis de eiusdem introitibus: pro ut ordina/ bitur per dictum consilium. Nec possint dicti statutarii, & reformatores sic ut supra ellecti ab aliquo molestari: quin dicta statuta ordinent: & faciã t, seu reforment, pro ut eis visum fuerit, pro bono dictæ ciuitatis, comitatus, & districtus.

¶ Quod nihil ponatur in statutis contra libertatem ecclesiasticam. Rub. XIII.

STatuimus, q si aliquid nunc, vel in futurum inueniatur in libris statutorum Ci uitatis Fauentiæ, quod sit contra libertatem Ecclesiæ, sit cassum: & inutile, & nullo modo seruetur a Potestate, vel cõmuni Fauentiæ, vel aliquo de ciuitate Fauentiæ, vel districtu.

¶ De modo & forma dispensandi super statutis & reformationibus. Rub. XIIII.

STatuimus & ordinamus quotiens contingerit aliquid proponi quod sit in to/ tum vel in partem contra aliquod statutum vel reformationem cõmunis Fa/ uentiæ in generali consilio dictæ ciuitatis, q debeat bene & diligenter exami nari: an expediat talis proposita fieri vel obtineri: & q tunc si obtineri contingat p poni in dicto consilio, q tunc debeat proponi ad fabas albas & nigras. An sit dispẽ/ sandum contra ipsum statutum, seu reformationem. Et si contingat obtineri super

dicta propositione & dispensatione procedatur ad proponendum cōtra ipsum statutum & reformationem dispensandum, dumtamen obtineatur ipsa dispēsatio per duas partes ex tribus dicti consilii & non aliter. Et ꝙ non possit fieri nisi de vno statuto, vel reformatione dispensatio: & non de pluribus in eodem partito, ꝙꝗ si aliter factum fuerit, sit ipso iure nullum.

¶ De ellectione infrascriptorum officialium cōmunis Fauentiæ facienda sorte in consilio generali pro semestri. Rub. XV.

Item statuimus & ordinamus, ꝙ ellectio infrascriptoꝝ officialiū cōis Faueñ. fiat sorte ad breuia in cōsilio generali congregato solēniter in pallatio populi Fauentiæ hoc modo singulis annis, videlicet quolibet semestri. Et pro primo semestri inchoando in kaleñ. Ianuarii fiat in die Sancti Thomæ de mēse Decembris præcedentis anni. Et in die natiuitatis Sancti Iohānisbaptistæ de mense Iunii pro secundo semestri inchoando in kalendis Iulii cuiuslibet anni. Et describantur nomina consiliariorum, ac nomina consulum artium dictæ ciuitatis: ita tamen ꝙ describantur duo Consules Notariorum: & Vnus tantum ex consulibus aliarum artiū in vno breui reuoluto ad tondum. ¶ Quæ breuia consiliariorum & consulum ponantur de per se in vno galero habendo per vnum ex fratribus ordinis prædicatorum. Et deinde scribantur nomina decem & octo officiorum dicti cōmunis, in breui similiter reuoluto: videlicet Vnius iudicis ad discum bouis. Et alterius iudicis ad discum equi: qui sint ad minus annorum triginta. Et vnius aduocati communis & pauperum: & miserabilium personarū. Vnius sindici cōis, & ꝓcuratoris pauperū & miserabiliūꝑsonarū. Qui aduocatus & sindicus sint & esse debeant eiusdem ætatis videlicet annorum triginta pro quolibet. Trium notariorum ad tribunal domini Potestatis. Duorum notariorum ad tribunal regis & seu damnorum datorum. Duorum notariorum ad tribunal bouis, & totidem ad tribunal iudicis equi. Et duorum notariorum ad officium massariæ cōmunis. Et duorum æstimatorum dicti cōmunis. Et vnius notarii ad emendas, faciendo de dictis decem & octo officiis totidem breuia, describendo in ipsis nomē cuiuslibet officii. Quæ ponantur vna cum breuibus albis facientibus & ascendentibus ad numerum dictorum consiliariorum & cōsulum. Et quæ breuia alba ponantur in alio galero existente apud fratrem minorē. In quibus breuibus albis in dicto galero existentibus ipsa breuia officiorum per. D. Priorem Antianorū infundātur, singulariter ea numerando. Quibus peractis fiat extractio dictoꝝ officioꝝ mō infrascripto, ꝙ i dicto loco ꝯgregati cōsilii in pñtia. D. Gubernatoris, seu Locūteneñ. dictæ ciuitatis pro. S. R. E. & Antianoꝝ: & aliorum ꝯsiliarioꝝ. vocent & adsint duo ex fratribus ordinis ꝑdicatoꝝ, & alii duo ex fratribus minoꝝ. Quoꝝ vnus sit de ordine ꝑdicatoꝝ & habeat in manu dictū galerū, in quo sint omnia breuia nominum dictorum Dñorum antianorum, consiliariorum & consulum, cum quo, & apud quem assistat vnus ex notariis tribunalis Dñi Potestatis. Et alius frater ordinis minorum habeat alium galerum: in quo sint breuia alba: & alia breuia officiorum prædictorum, iuxta quem assistat vnus Notarius tribunalis damnorum datorum. Et penes quos nullus alius assistat: exceptis scribis & bannitoribus dictæ cōmunitatis. Deinde nomina consiliariorum et consulum de dicto primo galero singulariter extrahantur per dictum fratrem: quo extracto, detur notario apud se exñti. Et similiter alius frater aliud breue imediate extrahat de suo galero: illud tradēdo notario penes se existēti, & notarius hñs breue cōsiliarii siue cōsulis illud legat exprimendo nomen in eo scriptum, & ab vno ex nunciis Cōis alta voce publicetur. Et alius Notarius aperto breue, quod habebit in manu, significet vtrum sit album, vel contineat aliquod officium, & si album fuerit, publicetur per alium nuntium dicendo, an sit album. Et si contineat nomē alicuius officii, vocet talis consiliarius siue consul sic extractus, & delato sibi iuramento per. d. Priorē Antianoꝝ per eum elligatur & noietur officialis descriptus in dicto breui. Et si talis vocatus

catus

catus non adesset in consilio ter per Priorem, seu nuntium vocetur ad faciendũ ellectionem dicti officii, & si non venerit, vlterius non expectetur, sed breue sui nominis abiiciatur. Breue vero dicti officii reponatur ĩ dicto galero: exinde extracto alio breui albo, si tñ talis absens fuerit causa reipub. seu infirmus, tunc breue dicti officii sibi reseruetur & ad eum mittatur per vnum ex nuntiis dicti Cõis, vt officialem in dicto breui descriptum elligat medio tñ suo iuramento. Declarantes tñ, ꝙ si contingat aliquem ex consulibus esse de cõsilio generali: ꝙ tunc eius nomen bis scribatur in breuibus, & sic procedatur ad extractionem huiusmodi, donec dictorum officialium ellectio perfecta fuerit. Decernentes tñ: ꝙ non possit aliquis elligi ad aliquod offm̃ ex supradictis officiis, ad qđ ellectus fuerit in ꝑcedenti semestri. Et ꝙ scriba Antianoꝝ ante dictam extractionem debeat significare nomina oium non valentium elligi dicta de causa ad dicta officia, Et nullus possit habere nec exercere eodem tempore nisi vnum de supradictis officiis. Et si cõtingat elligi ad plura possit vnum qđ maluerit optare statim in eodem consilio, si ibi aderit, alias infra biduum. Et si non optauerit, sit & intelligatur priuatus omnibus dictis officiis: ad quæ ellectus fuerit. Et ꝙ nullus ellectus ad dicta officia possit loco sui aliũ substituere, nisi substitutio ex aliqua causa rationabili fuerit approbata per dictum generale consilium. Et aliter facta nõ valeat, & sit ipso iure nulla. Et in dicto casu tam substituẽs q̃ substitutus vacare debeant a dicto officio per sex menses: pœna cuilibet contrafacienti libr. x. boñ. pro quolibet: & qualibet vice applicañ. cõi Faueñ. ipso facto. Et ꝙ dicta officia semestria non præstent deuetum, & vacationem aliis officiis annalibus.

¶ De extractione & ellectione officiorum cõis Faueñ. fienda in consilio generali per annum duratura. Rubrica. XVI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ singulis annis de mense Decẽbris, vel alio tpe, si cõtigerit & expedierit ex aliqua necessitate fieri debere intra annum, fiat ellectio ac extractio de bursis officioꝝ in ꝯsilio generali solẽniter ꝯgregato. Quæ officia de bursis sunt infrascripta videlicet Vnus iudex primaꝝ appellationũ Ciuitatis Faueñ. eiusq; comitatus & districtus, & contrabannoꝝ & deuetoꝝ oium, & nullus alius sit iudex eoꝝ, saluis semper statutis gabellarum. Qui iudex iuris sit doctor. Tres notarii ad eius tribunal. Vnus cancellarius principalis cõitatis. Tres officiales custodiæ, quoꝝ vnus sit iuris doctor, vel iuris peritus. Vnus notarius actuarius ad eoꝝ tribunal. Duo priores gabellaꝝ. Tres notarii seu scribæ ad capsettam dictarum gabellarum. Vnus officialis ad palleas. Vnus prætor castri Russii. Vnus vicarius castri aureoli. Vnus vicarius castri Granaroli. Infrascripti aũt alii officiales dictæ cõitatis elligantur in cõsilio generali dictæ Ciuitatis per suffragia fabaꝝ. Et illi tñ qui suffragiis ipsis præualuerint in pluribus fabis albis, intelligantur ellecti, dum tñ habeant suffragia vltra medietatem fabaꝝ albaꝝ consiliarioꝝ tunc existentium in dicto cõsilio, itaꝙ qui non excesserit medietatem fabarum albarum existentium cõsiliariorum, tunc in ipso consilio: non intelligatur ellectus: nec obtinuisse dictum officium ad quod fuerit quomodolibet scrutinatus. Et prædicta forma obtinendi inuiolabiliter obseruetur in omnibus aliis ellectionibus, deliberationibus, & partitis in dicto consilio quomodolibet facieñ. Officia vero ad ellectionem, vt supra, concedenda ad partitum, sunt infrascripta: videlicet. Vnus depositarius introituum & redituum cõitatis. Vnus massarius montis pietatis. Et vnus notarius eiusdem montis. Vnus factor Cõis. Vnus scriba rõnum & introituũ cõmunitatis. Duo regulatores seu reuisores omnium introituum, expensarum: ac rationum dictæ cõmunitatis & depositarii. Vnus coadiutor cancellarii cõmunitatis. Gabellini decem ad portas. Vnus miles gabellarum. Vnus exactor condemnationum. Vnus officialis super molendinis. Duo officiales ad pensam. Duo aquaroli qui intelligãtur eẽ officiales burghi. Vnus clauiger portarum. Sex portarum custodes videlicet. Portæ pontis. Cassaretti. Et

portæ hospitalis, seu sanctæ crucis. Portæ Rauennatis. Portæ Imolensis: ac portæ Mõtanariæ. Vnus officialis comitatus seu laboratorũ. Vnus custos arcis Russii. Vnus custos portæ eiusdem castri. Duo custodes siluæ Calditanæ cõitatis Fauẽ. in agro Russiano sitæ. Vnus vicarius castri Solaroli. Vnus custos arcis eiusdem castri. Vnus custos arcis castri aureoli. Vnus custos arcis Granaroli. Quæ officia extrahantur & eligantur respectiue iuxta & secundum reformationes tam æditas q̃ ædendas super extractionibus & ellectionibus eorũdem officiorum & officialium & aliorũ quorũcunq; cũ honoribus/oneribus/salariis & emolumentis deputatis vel deputandis. Et saluis vacationibus & deuetis de quibus in dictis reformationibus. Et q̓ minor decẽ & octo annorum nõ possit ad officium aliquod elligi, extrahi, vel exercere: & si electus, vel extractus fuerit: talis ellectio, & extractio ipso iure non valeat.

¶ Quod nullus possit exercere officium aliquod per substitutum: Rub. XVII.

STatuimus & ordinamus q̓ quicũq; fuerit extractus seu ellectus ad aliquod officium: sorte, vel ad breuia: aut scrutinio fabarũ: debeat illud officium toto tp̃e dicti officii per se, & non per substitutum exercere. Et qui illud noluerit personaliter exercere, eo & eius salario sit priuatus ipso iure, nisi ex causa infirmitatis, vel nisi sit absens causa reipub. vel nisi pater substitueret filium, vel filius patrem, vel frater fratrem. In quibus casibus possit illud exercere per substitutum idoneum. Dummodo talis substitutio approbetur per generale consilium dictæ ciuitatis in omnibus casibus prædictis. Et idem fiat & obseruetur in quacunq; substitutione facienda de aliquo seu aliquibus in quocunq; officio seu loco.

¶ Quod nullus inuitus cogatur acceptare officium: Rubrica. XVIII.

STatuimus & ordinamus, q̓ si aliquis ellectus seu extractus: vel aliter quomodocũq; deputatus fuerit, possit illud re integra nõ acceptare, nec ad illud acceptãdum cogi possit. Si aũt dictum officium acceptauerit & illud exercere inchoauerit: non possit ei renunciare sine assensu expresso. D. Ancianoꝝ & adiunctorum: & hmõi renunciatione approbata inter eos per scrutinium fabarũ. Et nihilominus si talis renũciatio approbata fuerit, vt supra, talis renũcians habeat & habere intelligat vacationẽ & deuetũ ab aliis officiis, ac si exercuisset dictũ officiũ p totũ tẽpus.

¶ De iuramento omnium officialium cõis Fauentiæ. Rubrica. XIX.

STatuimus & ordinamus q̓ omnes & singuli officiales ellecti, extracti, seu quomodolibet deputati in consilio generali, vel alio quocunq; modo teneantur in initio eorũ officii anteq̃ illud exercere inceperint iurare in manibus. D. Antianorũ pro tp̃e de legaliter, fideliter & sine fraude, dolo, vel negligentia eoꝝ officia exercere. Et q̓ si quid ad eorum manus peruenerit, quod ad cõitatem quoquomodo spectaret, de reddendo dando & soluendo dictæ cõitati. Idemq; seruari debeat & seruetur in Antianis & Consiliariis quibuscunq; de cætero elligendis.

¶ Quod nullus Doctor possit exercere officium iudicatus, seu aduocationis, nisi pro ut infra. Rubrica. XX.

STatuimus & ordinamus q̓ nullus Doctor possit elligi ad aliquod officium iudicatus cõis Fauentiæ, vel patrocinium subire pro aliquo in aliqua causa ciuili vel criminali seu mixta, nisi primo fuerit approbatus & descriptus in ordine & matricula doctoꝝ & tabellionũ ciuitatis Fauentiæ. Et nisi studuerit Bononiæ vel alibi vbi vigeat studium generale quinq; annis continue in iure ciuili vel canonico & eius doctoratus priuilegium ostendat: & sit præcisum.

¶ De officio

¶De officio & iurisditione iudicum equi & bouis. Rubrica. XXI.

QVum supra statutum fuerit de duobus iudicibus elligẽdis. Vno videlicet ad tribunal equi. Altero vero ad tribunal bouis. Ordinamus ꝙ ipsi iudices & eoꝝ quilibet habeant iurisditionem ordinariam a cõi ad causas, & in causis ciuilibus quibuscunq;, & maxime in causis pupilloꝝ, viduaꝝ, & miserabilium personarum, sedereq; possint in pallatio cõis residen. dñi Potestatis. Et huiusmodi causas audire, & terminare possint & debeant summarie: simpliciter, de plano, sine strepitu & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, nisi tñ præuenti fuerint in huiusmodi causis a. D. ꝑtãte ciuitatis Fauen. Et notarii qui ellecti fuerint ad eorum tribunalia soli debeant scribere acta dictaꝝ causaꝝ. Ipsiq; soli iudices & quilibet eoꝝ, et non alii iudices possint interponere decreta in obligationibus, & alienationibus quibuscunq;: & maxime contractibus pupilloꝝ, & minoꝝ: ac in eoꝝ tutelis et curis: & in confectionibus inuentariorum hmõi tutorũ, & curatoꝝ, dũmodo dicta decreta per eos interponantur cum causæ cognitione et nõ aliter. Alias decretum hmõi aliter interpositum sit, et esse intelligatur ipso iure nullum. De quibus tñ decretis, tutelis: curis, alienationibus: et contractibus dictoꝝ pupilloꝝ, et minoꝝ quilibet notarius ciuitatis Fauen. possit se rogare, et de eis instrumẽta conficere. Et ꝙ præsumatur hmõi causæ cognitio interuenisse, si hoc fuerit dictum vel affirmatum per iudicem ꝙ interuenerit in tali decreti interpositione. Qui iudices pro huiusmodi decreti interpositione habere debeãt a partibus solid. quinq; boñ. si interponatur decretũ in dicto palatio. Si vero alibi in dicta ciuitate solid. x. boñ. Si vero in comitatu, seu districtu, solid. xx. boñ.

¶De electione, officio, iuramento, & mercede nuncioꝝ publicorum cõmunis Fauentiæ. Rubrica. XXII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ p. D. Antianos ꝓ tpe existen. & ciues adiunctos de ꝯsilio generali elligantur & deputẽtur qñ oportunũ fuerit decẽ nũcii publici ꝑ ellectionem ad fabas albas, & nigras, qui portare debeant insignia cõitatis Fauen. in bireto, seu galero, ita ꝙ publice videri possint, & teneantur exequi mãdata, citatiões, & cõmissiones dictorum. D. Antianoꝝ, Potestatis, & aliorum officialium ciuitatis Fauen. Et non possint recusare facere, & exequi dicta mandata, & citatiões sub pœna priuationis eoꝝ officii: qui teneantur ante ingressum, & exercitium eoꝝ officii præstare fideiussionem libr. vigintiquinq; bonon. ac iurare de bene, fideliter, & legaliter eorum officiũ exercendo in manibus præfatorũ dñoꝝ Antianorũ sub dicta pœna priuationis officii. Et ꝙ nullus ex dictis nunciis possit compelli solus de nocte pro exequendo aliquam cõmissionem, & mandatum: & ꝙ possint impune arma deferre. Et ꝙ sint immunes ab omnibus & singulis collectis realibus imponendis, etiam si fuerint descripti in libris æstimorum cõmunis. Et habeant & habere debeant a cõitate Fauen. pro eorum salario lib. xxiiii. boñ. singulo anno pro eorum quolibet, & plus, & minus, pro ut deliberatum fuerit per consilium generale dictæ ciuitatis. Et ꝙ nõ possint nec debeãt accipe ꝓ executione alicuius citatiõis: cõmissionis: & mandati per eos, vel vnum eorum fienda per ciuitatem Fauen. & in suburbiis nisi den. iiii. nec aliquid aliud pro sua mercede accipere queant. Et si ad instantiam alicuius priuati se contulerint pro exercendo dicto eoꝝ officio extra ciuitatem Fauen. accipere: & hr̃e possint pro eorum mercede denarios. xii. ꝓ primo miliari: & pro aliis denai. sex pro quolibet milliari & non vltra, siue se contulerint ad exequendum citationes: cõmissiones, & mandata ꝓdicta: seu ad dandum vel accipiendum tenutam ex primo, siue ex secundo decreto, seu ad pignorandum, vel pignorari faciendum aliquem. Et quorum nũciorum relationibus in ꝓdictis adhibeatur plena & indubitata fides, teneantur tamen præfati nuncii exequi mãdata. d. Antianorum, & consilii generalis ciuitatis Fauen. & scribarum dictæ cõitatis ex cau

sa publica absq mercede aliq̄,in comitatu tm̄ & districtu ciuitatis Faueñ.dũmodo per eos ꝑ executionibus hmói mandatorum,non sit pernoctandum. Et non possit aliquis dictorum nunciorum ire extra districtum Faueñ.absq licentia expressa.D. Antianoꝝ,poena pro qualibet vice amissióis lib.quinq cõi Faueñ.applicañ.

¶ De electione,officio,& salario aduocati & sindici cõis: Rubr. XXIII.

Statuimus et ordinamus,q in generali consilio dictæ ciuitatis quolibet semestri elligantur,et elligi debeant ad breuia aduocatus vnus, qui sit doctor iuris. Et sindicus vnus cõmunis Faueñ.qui sit vel doctor,vel iuris peritus,qui teneantur defendere et patrocinari iura,et causas dictæ cõmunitatis in ciuitate Faueñ. et in quacũq curia generali vel spãli:ecclesiastica:vel seculari.Quoꝝ officium duret, & durare debeat per sex menses tm̄:pro ut in superioribus statutis latius cauetur. Et qui aduocatus habeat, & habere debeat pro eius mercede a cõi Faueñ. in dictis sex mensibus lib.xii.boñ.& dictus sindicus lib.vi.boñ.tantum.Et q durante dicto eorum officio sine alio salario & mercede teneantur patrocinia præstare in causis carceratorum,& miserabilium personarum.

¶ De oratoribus seu ambassiatoribus cõitatis Faueñ.elligendis. Rub. XIIII.

Statuimus & ordinamus:q qñcunq cõtingerit pro explicandis & tractãdis negociis dictæ cõitatis aliquem oratoré mittere ad quẽcũq supioré in puincia,q ellectio hmõi oratoris,seu oratorum fieri possit per.D.Antianos pro tpe præsideñ.& per ciues adiunctos de generali consilio cum salario per eos deputando, & constituendo.Si vero contigerit oratorem seu oratores hmõi mittẽdos esse ad sũmũ Poñ. seu extra puinciam,tunc talis ellectio & eoꝝ salarii cõstitutio fiat, & fieri debeat per consilium generale dictæ ciuitatis & non aliter.Possint tñ dicti. D.Antiani,vna cum Adiunctis ex causa vrgenti,& quæ verisimiliter & probabiliter non pateretur dilationem absq præiudicio cõis mittere vnum ex cancellariis cõmunis etiam extra prouinciam,prout eisdem Antianis & adiunctis videbitur expedire.

¶ Incipit Liber Secundus statutoꝝ Ciuitatis Faueñ.

¶ De bonis cõis Faueñ.manutenendis,& non alienandis. Rubrica. I.

Statuimus & ordinamus:q oĩa bona cõis Faueñ. videlicet: Molẽdina Gualeheriæ.Siluæ.Prata.Pascua.Terræ aratoriæ. Saldæ.Et possessiones qcũq, in ciuitate Faueñ.& suburbiis, viæ:domus,et quæcũq alia bona:iura, & iurisditiones cõis vbicunq sint tam in ciuitate q̃ extra,recuperentur,& manuteneãtur per. D.Potestatem ciuitatis Faueñ. ac per . D. Antianos & generale consilium eiusdem.Et quæ bona, & iura dictæ cõitatis vendi,seu alienari non possint, nec obligari quouis prætextu,seu causa,exceptis tñ bonis bãnitorũ:seu rebellium cõis Faueñ.& excepto nisi talis concessio,& alienatio fieret in generali cõsilio,& ex legitima causa,& in euidentẽ vtilitatem dictæ cõitatis, & seruatis seruandis de iure.In quibus casibus præcedant pclamationes per ciuitatem Faueñ.per preconem dictæ cõitatis,& plus offerenti dentur. Alias omnis obligatio: & alienatio aliter facta sit ipso iure nulla. Et pdicta non vendicent sibi locum in bonis emphiteoticis,& liuellatis dictæ cõitatis solitis concedi in emphiteosim, & in locationibus triennalibus per superiora statuta permissis,quæ fieri possint per.D. Antianos ꝑ tempore existentes:& Ciues adiunctos.Declarantes,q viæ, renatia,ripæ fluminis: spacium terreni,quod dicitur,Bondiolo,intus ciuitaté,triuia,plateæ,stadia,stratæ, & hmõi

& huiusmodi, sint etiam & intelligantur de iuribus dicti cōis, quæ nullo modo ven/di vel alienari: nec ad aliquem vsum concedi: sed perpetuo vsui publico deseruiāt. Et omnis alienatio & concessio aliter facta sit ipso iure nulla.

¶ Quod Potestas: & Antiani teneantur defendere, manutenere, & recuperare iu/risditionē ciuitatis Faueñ. & maxime infrascripta iura. Rubrica. II.

Statuimus & ordinamus, q͂ Potestas & Antiani ciuitatis Faueñ. pro tēpore p̄si/dentes vinculo eoꝝ iuramenti & officii teneantur tueri, & manutenere oēs iu/risditiones cōis Faueñ. & bona quæcūq; eiusdem, & res oium, & singulorum hoium ciuitatis Faueñ. comitatus, & districtus eiusdem, & maxime infrascripta iura & iurisditiones dicti cōis, videlicet. Castrum Ruffi, cū Silua candirana, & alia pos/sessione sita in dicto agro cum aliis suis iuribus, & pertinentiis. Castrum anreoli. Ca/strum granaroli: Possessiões, de Madraria. & Fossula. Molendina tam i ciuitate q̄ ex tra existentiā. Gualcherias. Possessionem de Feletto. Apothecas. Domos, & alia q̄/cunq; iura dicti cōis, & maxime iurisditionem quam habet in flumine Albamonis. Et præcise teneantur recuperare castrum Solaroli cum eius molendinis, possessio/nibus, & pratis, & aliis suis iuribus: & pertinentiis. Et iurisditiões quas habebat, & hře debet dictū cōe in terra Bifurtii, Marzanellæ, Felectæ, Maradi, Pouolani, Castri no/ui: Boesini, Grassiani, Ruynæ, Pistrini, Castiglioni, Camurrani: Crispini, & cellæ cum curtæ: & etiam in aliis quibuscunq; locis, & bona q̄cūq;, & maxime emphiteo tica: & linellaria dicti cōis sita tam in ciuitate q̄ extra. Et in specie recuperare, & ma/nutenere totum districtum ciuitatis Faueñ. vsq; ad pontē termini in flumana Mar ciani, Prætamauri, Paleæ, Cæparani, Albinelli, & alias terras, & iurisditiões: & vsus ciuitatis Faueñ. vsq; ad dictum pontem, & villam Blanchanighi, Cutignolæ, Cassa nighi, et omnes villas, et loca: quæ sunt circa flumē Senni ex vtraq; parte fluminis: et in prædictis sint & esse debeant diligentes et solliciti.

¶ Quod depositarius & factor cōitatis teneantur suppellectilia quæcunq; dicti cōis conseruare, & de eis inuentarium conficere. Rubrica. III.

Statuimus & ordinamus, q͂ depositarius: & factor cōitatis, qui pro tpe erunt in principio eorum officii, teneantur conficere inuentarium solemne de suppel/lectilibus, munitionibus, & aliis bonis mobilibus dicti cōis, eaq; ꝯseruare & ma/nutenere, & conseruari, et manuteneri facere. Et si contingerit de mandato. d. An tianoꝝ aliqua de hmōi massaritiis assignari. D. p̄tāti, seu alicui alteri, teneantur & de beant ea assignare per publicum instrm̄ continens inuētarium & notulam hmōi bo norum. & in fine eoꝝ officii facere curare q͂ ea sibi reddanē, et consignentur. Et si idem. D. potestas in fine sui officii ea non assignauerit dicto depositario: et factori, seu alteri eoꝝ: condemnetur per Sindicos cōis deputatos ad sindicandum dictū. d. Potestatem in duplum precii dictarum suppellectiliū. Et si in prædictis dictus deposi tarius & factor contrafecerint: incidant ipso iure in pœnam lib. x. boñ. et ad resarci/endum dicto cōi precium & valorem rerum sic amissarū: & seu deficientium. Et p̄/dicta omnia ēt habeant locum in munitionibus et suppellectilibus assignatis custo/dibus: & castellanis artium cōitatis Faueñ. de quibus p̄fati depositarius: et factor te/neantur cōfici facere instrm̄ solemne per ipsos custodes, et castellanos in principio eoꝝ officii: et ea sibi, vel eorum in officio successoribus in fine eorum officii resti/tui facere sub dicta met pœna. Et ipsis custodibus ea non resignātibus, incidāt in pœ nam libr. vigintiquinq; bonoñ. et precii eorundem arbitrandi et declarandi per. d. Antianos Fauentiæ. Et qui depositarius, et factor teneantur per publicum instrumē tum in fine eorum officii dictas massaritias, et supplectilia consignare eorum suc/cessoribus, & ipsis de dictis bonis, et suppellectilibus debitam reddere rationem, & sit præcisum.

¶ Quod pecuniæ, & omnes redditus, & prouentus cõitatis perueniant ad manus depositarii dictæ cõmunitatis. Rubrica. IIII.

STatuimus & ordinamus, q omnes collectæ, siue pecuniæ cõis vndecunq; peruenerint, & tam præstantiæ: q̃ gabellarum, & datiorum introitus: & molendinorum, possessionũ, syluæ Cãdiranæ, Gualcheriarum: apothecarum, domorum: & oium aliorum introituũ, quoquo modo, ad dictam cõitatem spectantium perueniant, & peruenire debeant ad manus dicti depositarii: & nullus alius quoquo mõ dictos introitus & exactiones recipere possit, nec in eis se intromittere. Quos redditus dictus depositarius teneatur fideliter conseruare, & eos dispensare: distribuere, soluere, & expendere fideliter: pro ut, & sicut ei cõmissum & mandatũ fuerit per magnificos. D. Antianos iuxta eorum facultates, & in omnibus aliis per generale consilium: & iuxta tenorem reformationum tam æditarum q̃ ædendarum, eius officium concernentium. Possit tñ salarium. D. potestatis: & aliorum quorũcunq; iudicum, officialiũ, & aliorum habentium officium ordinarium, vel quibus salarium aliquod ex publico eẽt ordinatum, suum salariũ eis soluere sine alio spãli mandato in scriptis. Saluis tñ semper retẽtionibus fiẽdis dicto. d. Potestati, & statutis loquentibus de modo soluendi salarium dicti. D. potestatis. Possit ẽt pro scripturis, & causis, quæstionibus, & litibus soluere omne id, quod per. D. Antianos p tempore ei fuerit iniunctum. Et p̃dicti depositarius, & factor non possint molestari, vel inquietari per aliquos officiales: vel rectores dictæ ciuitatis de aliquid dando, soluendo, faciendo, vel expendendo vltra vel præterq̃ contineatur in statutis, vel reformationibus cõis Fauẽ. Et si eis, vel alteri eorum fieret aliquod p̃ceptum super p̃dictis, possint & possit impune dictum præceptum spernere, & si de hoc contra eos inquireretur per aliquem rectorẽ, siue officialem: talis inquisitio, seu inquietatio: & q̃cq̃d inde sequeretur, sit ipso iure nullũ. Et finito eius officio, statim restituere teneatur omnia & singula bona: fructus, & introitus dicti cõis apud eũ tunc existentia, & existentes eius successori in forma debita. Et non possit dictus depositarius quoquo modo se intromittere, vel alicui obligare dictos redditus & prouẽtus dictæ cõitatis anni proxime sequentis post finitum eius officium. Qui depositarius teneatur, ac debeat bene, fideliter, ac diligenter; & absq; vlla fraude & dolo dictum eius officium exercere, & computa: ac rationes: omnium gestorum per eum diligenter conficere, & tenere per manus scribe cõputum & rõnum dictæ cõitatis. Et finito eius officio infra duos menses debeat & teneatur reddidisse rõnem de omnibus ad manus ipsius peruentis, & de oibus gestis & administratis per ipsum durante eius officio cũ reliquorum restõne. Nec possit dictus depositarius, seu alius quicunq; officialis dictæ cõitatis ꝯducere aliqua laboreria dictæ cõitatis tam ad incantum q̃ non, nisi obtineretur in consilio generali de dicta cõducta, poena dicto depositario contrafacienti lib. cẽtum boñ. cõi Faueñ. applicanda, si cõtrafecerit in prædictis, & quolibet p̃dictorum, & qualibet vice.

¶ De officio Factoris cõmunis Fauentiæ. Rubrica. V.

FActor cõitatis elligendus in consilio generali: pro ut supra, teneatur ex suo officio facere, seu fieri facere laboreria cõitatis prædictæ i ciuitate: comitatu, & castris dictæ cõitatis cum suis arcibus. Possessiones, molendina: domos: & alia q̃cunq; bona cõis Faueñ. bene & diligenter reuidere: & cum opus fuerit, reparari, & custodiri facere. Moenia, turres, foueas ciuitatis, & suburbiorum, & in p̃dictis fideliter se exercere. Et computa possessionum: molendinorum, ac candiranæ, & aliorum ad manus suas peruentorum describere: custodire, tradere depositario cõitatis. Et alia bona, quæ peruenerint ad eius manus in munitione ipsius cõitatis tenere, & conseruare. Et de oibus prædictis & aliis quomodocũq; ad manus eius peruentis, inuentariũ facere in publica forma. Ac alia facere, quæ sibi iniungentur per. d. Antianos, vel generale consilium s̃m ordinamẽta ciuitatis. Et finito officio: successori suo reassigna

re per

re per publicum inuentariũ:rõnemq; de omnibus gestis per eum reddere, finito di/cto eius officio, ac etiam durante officio, qñcunq; placuerit, & videbitur p̃fatis dñis Antianis, dictam rõnem reddere, ac inuentarium conficere, vt supra, pœna cõtrafacienti in quolibet prædictorum lib. xxv. & priuatione officii.

¶De officio scriuani, cõputum, & redituũ cõis Fauentiæ. Rubrica. VI.

ITem statuimus & ordinamus, q; Scriuanus electus in consilio generali, put ex forma statutoꝝ disponitur: teneatur, ac debeat describere in vno libro, habẽdo a cõitate, omnes & singulos introitus, reditus, ac puentus tam gabellaꝝ, molẽdinoꝝ, possessionum, gualcheriaꝝ, datioꝝ, syluæ canditanæ, datioꝝ Russii, & madrariæ, passus custodiæ dictæ ciuitatis, q̃ affictus pensiõis apothecaꝝ, tam pallatio populi q̃ cõis & alioꝝ bonoꝝ liuellarioꝝ, seu censualium, ac emphiteoticoꝝ. Collectarũ forensiũ, & aliorum quorũcunq; bonoꝝ, & iurium dictæ cõitatis: Ac ẽt creditores, & debitores ipsius cõitatis ex quacũq; cã in eodem libro describere teneaẽ distincte & ordinate manu propria & non aliena. Et finito eius officio prima die anni sequẽtis immediate teneaẽ & debeat cum effectu pũtare, assignare, & relaxare dictũ eius librum, & omnes alias scripturas, & libros ad eius offĩm pertinentes dictis. D. Antianis pro tpe dictæ cõitatis, qui dictum librum: scripturas, & libros teneantur regulatoribus tunc nouiter electis, ipsius cõitatis consignare, & tradere. Qui scriuanus non possit aliquid scribere finito dicto eius officio in dictis libris & scripturis, nisi de voluntate expressa dictoꝝ. D. Antianoꝝ: & dictorũ regulatorum, poena præfato Scriuano contrafacienti in quolibet & singulo prædictorum libr. decem pro qualibet vice qua contrafecerit cõi Faueñ. applicañ.

¶De officio exactoris condemnationum. Rubrica. VII.

STatuimus & ordinamus: q; exactor cõdemnationũ pro tempore electus in cõsilio generali, vt supra dispositũ est: teneaẽ & debeat vigore eius officii hẽe vnũ librum: in quo describantur per eum omnes & singuli cõdemnati, mulctati & carcerati, ac omnes & singulæ pecuniæ: carceratoꝝ, cõdẽnationũ: mulctaꝝ, & ꝯtrabãnoꝝ, ac alioꝝ quorũcũq; extraordinarioꝝ ad dictam cõitatem pertinentes. Et de dictis pecuniis per eum exactis, & exigẽdis non possit aliquid soluere, nec de eis disponere, nisi pro ut dispositum fuerit in scriptis per offĩm. D. Antianoꝝ, seu generale consilium dictæ ciuitatis. Et finito eius offõ teneaẽ: ac debeat dictum librum in continenti pũtare, & ꝯsignare p̃fatis. D. Antianis vna cũ aliis scripturis ad dictũ eius offĩm pertinentibus, vt possint dicti. D. Antiani librum ipsum cũ dictis scripturis assignare eiusdem exactoris successori in officio. Et de oĩbus exactis, & per ipsum gestis in dicto eius officio bonum computum, & rationem reddere cum assignatiõe reliquorum, pœna cõtrafacienti lib. x. boñ. pro qualibet vice cõi Faueñ. applicañ. Nec possit dictus exactor molestari, vel inquietari per aliquos officiales vel rectores dictæ ciuitatis de aliquid dando, soluendo, vel expendendo de dictis pecuniis dictaꝝ condemnationum, & de aliis quibuscunq; rebus ad eius manus peruentis occasione eius officii vltra vel præterq̃ sibi cõmissum & ordinatum fuerit per. D. Antianos, vel generale cõsiliũ dictæ ciuitatis, & omne p̃ceptũ sibi aliter factũ, non teneaẽ illud obseruare. Et similiter omnis inquisitio, seu condemnatio ob id per rectorem, seu alium officialem contra eum facta sit ipso iure nulla.

¶De regulatoribus, seu rõnariis cõis Faueñ. & eoꝝ officio. Rubrica. VIII.

ITem statuimus & ordinamus: q; singulo anno p ꝯsilium generale elligaẽ duo regulatores, seu rõnarii, qui diligenter habeant videre: ac reuidere, examinare: & calculare, ac moderari rões, cõputa, introitus, & oẽs expensas tam deposita/

rii ꝗ alioꝝ quorũcũq; officialiũ administrantium bona dictæ cõitatis. Et hmõi rõni busvisis, & calculatis teneanť infra tp̃s ad id statuẽdũ per. D. Antianos pro tempore præsidentes, proponere & referre in consilio generali: ita ꝙ clare appareat de credito, seu debito ipsius cõmunitatis. Et ꝓ eoꝝ salariis habeãt & hr̃e debeãt a cõi Faueñ. ꝓ eorum & cuiuslibet ipsorum salario lib. xxv. boñ. quolibet anno.

¶ De ellectione officialiũ p̃sæ: & eoꝝ officio. Rubrica. IX.

ITem statuimus et ordinamus, ꝙ singulo anno de mense Decẽbris elligant in cõsilio generali duo officiales p̃sæ cõis, qui sint de ciuitate Faueñ. et ætatis annorũ. xxx. ad minus, & bonæ ꝯdõnis, opinionis, & famæ. Et teneantur eoꝝ officiũ bene: fideliter, & sine fraude, ac personaliter: & non per substitutũ exercere, & in dicta pensa continue: excepta hora prandii, cõmorari oĩbus & singulis diebus. Et q teneant granũ, qđ mittiť ad molendina, põderare, & farinas a molẽdinis redeũtes. Et debeãt dicti officiales ĩ vno libro scribere distincte noia eũtiũ & redeũtiũ a molẽdinis, & pondera, & q̃titates grani, & farinaꝝ, & cũ bulla cõis imprimere apodissas q̃scunq; absq; mercede aliqua, poena ꝯtrafaciẽtĳ in quolibet p̃dictoꝝ lib. v. boñ. ꝓ qualibet vice, cõi Faueñ. applicañ. Et teneãtur vinculo iuramẽti aliquã salmam farinæ non licentiare, nisi primo fuerit ponderata, & eam incontinenti ad domũ dñi deferri faciant, poena decem solid. pro qualibet vice, & salma: & credatur iuramento domini, cuius fuerit farina. Et pro eorum salario habeant a cõmuni Faueñ. lib. quatuor boñ. pro singulo eorum singulo mense. Non possint tñ officiales hmõi elligi qui essent conductores ipsi, vel eorum fratres, filii: vel patres, aut aliquis de eorũ familia cohabitantes, alicuius molendini cõitatis Faueñ. seu alterius singularis personæ, vel qui essent domini alicuius molendini, seu partis illius. Et si aliter fieret: talis ellectio sit nulla.

¶ De molendinariis, & eorum iuramento, & exercitio. Rubrica. X.

ITem statuimus & ordinamus, ꝙ Molendinarii, seu portatores, & quilibet eorũ teneãtur ad requisitionem cuiuscunq; personæ molere volentis ire & portare salmas: postq̃ requisitus seu requisiti fuerint eadem die vel sequenti ad molẽdũ, poena pro quolibet & qualibet vice solid. x. boñ. & credatur sacramento dñi frumẽti, & salmæ. Et omnes salmas statim deferre ad pensam cõis, & ibi pensare frumenta, & repensare farinas omnibus hoibus ciuitatis, & comitatus Faueñ. Et ꝙ de hmõi ponderatione: & reponderatione, & recusatione, vt supra in pensa fienda credať sacramẽto dñi frumẽti, & farinæ: & ibidem, & nõ in alquo alio scopulare, videlicet, accipiendo lib. quinq; frumenti tantum pro quolibet corbæ dicti grani molendi. Quas molituras, vel scupulaturas accipere debeant dicti officiales manibus propriis & eas tradere molẽdinariis. Et copula, qua scopulantur salmæ, sit capacitatis libra. quinq; grani cum culmatura, et non vltra: quæ sit de ære, & signata bulla cõitatis, & continue permanere debeat in dicta pensa apud dictos officiales. Et dictas salmas delatas in molendinis, non possint dicti molendinarii retinere vltra tres dies, molẽdo tñ primo veniẽti, & illas reportasse infra dictũ terminũ ad pensam, et eas dño restituisse. Nec debeant dicti molẽdinarii aliqnas salmas grani, seu farinæ tenere ꝓstratas: seu distentas in terra in dicto molendino et pensa, nec alibi. Et ꝯtinue tenere debeant papiliones supra & circũ macinas bene saldos, & non ruptos, aut pforatos, de bonis telis lineis bene solidis, & nõ de alia re. Et non possint vllo mõ tenere, aut apponere storias supra, & circũ macinas, nec circa eas facere gattas: nec alias fallacias. Nec sił debeãt detinere, seu pausare aliquas salmas grani, seu farinæ in aliquo loco p̃terq̃ in eius: cuius est granum, vel farina, vel in pensa cõis: seu molẽdinis. Teneanť etiam dicti molendinarii: seu portatores tpe pluuiæ hr̃e vnam coopertã cõpetentẽ sup salmis prædictis: dũ portant eas & reportant. Et teneantur statim & incontinenti postq̃ farina fuerit repõderata eam onerare, & ad domum cuius est deferre: vt supra cum

pra cum

pra cum apodissa seu buleta ponderis dictarum salmarum manu officialium dictæ pensæ alligata ad saccos dictarum salmarum. Nec aliquis qui esset dominus in totum vel in partem alicuius molendini, seu qui conduxerit: vel conducet aliquod molendinum: quod non sit cõis Faueñ. possit quoquo modo conducere aliquod molendinũ dicti cõmunis: vel in eis partẽ aliq̃ habere. Quod nullus molendinarius: seu portator: vel vituralis, seu quelibet alia persona debeat portare ad molendinũ aliquod genus bladi, nisi habeat bulettam officialis super inde deputati, pœna cuilibet cõtra facienti in casu p̃dicto p qualibet vice solid. xl. boñ. cõi Faueñ. applicañ. Et similiter eadem pœna puniatur quilibet molendinarius, qui salmas acceptauerit in eorũ molendinis absq; buleta prædicta. ¶ Item quod pro qualibet libra farinæ, quæ inueniretur minus, cõdemnet quilibet molendinarius, seu alius portator ab vna libra supra i denariis. xii. pro qualibet libra deficiente: & nihilominus teneantur dictam farinam deficientem restituere. Et quilibet molendinarius, seu portator debeat habere vnũ scrineum, seu capsam in dicta pensa, in quibus semper habere, ac retinere debeat aliquã farine quantitatẽ p satisfaciendo illis, quibus deesset farina in eorum salmis. Et quilibet dñs, seu conductor alicuius molendini teneatur facere cum effectu & curare, quod eorum molendinarii, seu portatores p̃stent fideiussionem idoneam de libris. xxv. boñ. pro quolibet eorum in manibus dñorum Antianorum pro tempore de omnibus & singulis, q̃ ad eorum exercitium pertinent: semel & quotiens fuerit opportunũ de omni damno emendando illis, qui miserint granum ad molendum in eorum molendinis, pœna tã dicto dño, seu conductori, q̃ singulis molendinariis, qui fideiussionem prædictã nõ p̃stiterint pro quolibet eorum lib. x. boñ. Et nihilominus teneantur ad emendatiõem damni dño farinæ. Et credatur iuramẽto domini: seu eius servientis, qui damnũ sustinuerit vsq; ad vnam corbem. Ac ẽt quilibet alius portator salmarum prædictã fideiussionem præstare teneatur modo p̃dicto, & sub dicta pœna. Itẽ oẽs & singuli molẽdinarii, seu portatores teneantur, ac debeant emẽdare & reficere oẽm defectũ & dãnum qđ aliquis quoquo modo pateret in suis molendinis, seu salmis p̃dictis grani & farinæ, imiscendo aliquid in eis, vel alio modo deteriorando, falsificando, seu deuastando. Et dñs Potestas talem molendinarium, seu portatorem fustigari facere teneatur, si dñs farinæ, vel grani iurauerit ita verum esse. Et nihilominus teneat emẽdare dictũ dãnũ dño antedicto dãnũ: vt præmittitur: in aliquo passo. Insuper teneant & debeant dicti molendinarii, seu portatores vinculo iuramenti, prædicta oia & singula, ac statuta, & ordinamenta gabellarum, ac reformatiões dicti cõis tam æditas q̃ ædẽdas obseruare, & in nullo contrafacere, pœna solid. xx. cuilibet cõtrafacienti in quolibet casuũ p̃dictorum, in quibus non est specificata pœna.

¶ De officio, & ellectione officialis molẽdinorum cõis Faueñ. Rubrica. XI.

STatuimus & ordinamus, quod singulo anno in consilio generali, & de mense decembris elligatur vnus officialis molẽdinorum cõis, qui singulo die semel ad minus teneatur se conferre personaliter ad singula molẽdina & pensam dicti cõis Faueñ. & curare quod tam officiales pensæ q̃ etiam molendinarii & portatores dictorum molendinorum eorum officia diligenter exerceant, & fraudes aliquas nõ cõmittant, & in exercitio dictorum officiorum obseruent statuta quecunq; tam ædita q̃ ædenda, & cõstitutiones quascunq; factas & fiendas, & maxime contenta in duobus statutis p̃xime p̃cedentibus. Et si aliquem ex dictis officialibus, seu molendinariis, seu portatoribus contrafacientem inuenerit, teneatur penas contra huiusmodi contrafacientes impositas, seu imponendas per statuta huiusmodi exigere & exigi curare, quarum poenarum dimidia ipsi officiali applicetur, & alia dimidia cõmuni Faueñ. per eũ: vt supra exigenda, & depositario cõmunis assignanda. Et nihilominus habeat pro suo salario a cõi Faueñ. libras quatuor boñ. singulo mense. Et si in prædictis, seu aliquo p̃dictorum idem officialis fuerit negligens, seu contrafecerit, incidat ipso iure in pœnã solid. xl. pro singula vice dicto cõmuni applicandam.

¶ Quod ex fluminibus publicis, seu cānali & clusa cōis nō possit aqua recipi, seu diuerti, nec edificium super eis fieri absq; assensu generalis consilii. Rubrica. XII.

STatuimus & ordinamus: q̄ nullus cuiusuis conditionis & gradus possit modo aliquo directe vel indirecte, aut quouis quæsito colore ex fluminibus publicis: aut ex clusa: seu ca nali cōmunis Fauentiæ aquam ad priuatum vsum accipere seu haurire, vel ipsorum fluminum, aut cānalis prædicti aquæ cursum modo aliquo auertere, aut ipsam aquam retinere & intercipere, seu super ipso cānali: aut fluminibus molendinum, seu aliud ædificium facere absq; expresso assensu, & licētia magnifici consilii generalis dictæ ciuitatis primo petita & obtenta ab eo, etiā per duas partes ex tribus fabarum albarum hoium dicti consilii. Et si aliter fieri contingerit, omne ædificium, seu molendinum hmōi dirui omnino funditus debeat. Et talis accipiens, hauriens, retinens, aut auertens quoquo modo aquas dictorum fluminum, seu dicti cānalis, aut clusæ prædictæ absq; dicto assensu, & licentia dicti cōsilii, ipso facto incurrat, & incurrisse intelligatur, etiam absq; alia iudicis declaratione in pœnam librarum centum boñ. pro singula vice qua contrafecerit cōi Fauentiæ applicanda. Et a prædictis etiam abstinere teneatur: solitum aquæ huiusmodi cursum non impediendo: nec retinendo: seu auertendo, & sit præcisum.

¶ De electione custodis carcerum cōis Faueñ. & eius officio. Rubrica. XIII.

ITem statuimus & ordinamus: q̄ in consilio generali fiat electio custodis carcerum cōis Faueñ. cuius officium duret ad beneplacitum dicti consilii, qui teneat bene & diligenter custodire omnes & singulas personas sibi assignandas & ponendas in dictis carceribus de mandato cuiuscunq; superioris, seu iudicis ad id potestatem habentis, & tam p̄ ciuili causa q̄ pro criminali, seu mixta, & in principio sui officii idoneum fideiussorē p̄stare p̄ quantitate illa: p̄ut dñis Antianis pro tempore præsidentibus videbitur de exercendo dictum eius officium, & de assistendo cōtinue personaliter & non per substitutum dictæ custodiæ dicti carceris, & dictorum carceratoȝ, & de soluendo omnem condemnationē in quā veniret de iure condēnandus ex negligentia, culpa, seu dolo ipsius custodis. Et non possit aliquem carceratum pro ciuili eā relaxare, nisi creditoris assensu expresso accedente, & mandato etiam intercedente illius officialis & iudicis, cuius auctoritate talis fuerit carceratus. Si vero pro criminali cā: seu mixta, aut pro mulcta aliqua, seu p̄ contrabanno aliqs fuerit carceratus, nō possit talem sic carceratum eximere & liberare, nisi iussu illius iudicis: & officialis: cuius mandato carceratus fuerit, ac ēt nisi accedēte iussu & mādato exactoris condemñ. cōis Fauentiæ, cuius exactoris mandatum in scriptis præcedere debeat. Et pro eius mercede, & salario idem custos accipere possit p̄ ingressu & exitu ipsorum carcerum a quolibet de ciuitate, seu comitatu Fauentiæ solidos quinq; boñ. & singulo die denarios duos tantū pro tempore quo sic carceratus steterit. Et si fuerit forensis talis carceratus, p̄ dicto ingressu & exitu, idē custos accipiat & accipere possit solid. x. boñ. & quolibet die quo steterit carceratus, denarios sex & non vltra. Et dimidia quantitatum prædictarum per eum exigendarum pro ingressu & exitu dictoȝ carcerum per ipsum custodē solui debeat depositario cōmunis Fauentiæ pro ipsa cōmunitate, & alia dimidia ad ipsum custodem pertineat, & spectet, nec aliud exigere possit a dictis carceratis ex quauis causa: seu quouis prætextu. Et cui custodi impune liceat arma deferre, vt melius & audacius dictum eius officium exerceat. Et si quid vltra a dictis carceratis exegerit: teneatur ad eius restitutionem, & incidat in pœnam libr. decem bonoñ. pro singula vice dicto communi applicañ. vltra pœnam appositam seu apponendam in instrumento dictæ fideiussionis per eum supra præstanda.

¶ Quod statuta gabellæ præualeant aliis statutis. Rubrica. XIIII.

Statuimus

STatuimus: ꝙ statuta gabellæ cõmunis Fauentiæ præualeant omnibus aliis statutis ciuitatis Fauentiæ, quantum est respectu iurisditionis, & exercitii, seu exactionis gabellarum tantum, & non aliter.

¶ Quod nullus possit elligi ad aliquod officium cuius salarium: vel merces non sit prius taxata. Rubrica. XV.

STatuimus & ordinamus, ꝙ nullus possit nominari, vel eligi, tam per dños Antianos: vel quempiam alium habentem auctoritatem, ad aliquod officium vel exercitium exercendum, seu faciendum pro cõmuni Fauentiæ, cuius officii salarium, seu merces non sit determinata per formam alicuius statuti, vel per consiliũ generale ciuitatis Fauentiæ: ꝙ si secus factum fuerit, talis aliter ellectus exercere nõ possit tale officium, & taliter exercens habere non possit aliquod salarium, seu mercedem, & depositarius ei taliter ellecto aliquid soluere non possit.

¶ De capellanis, & capitulariis scholarum elligendis, & de eoꝝ officio. Rub. XVI.

STatuimus & ordinamus: ꝙ quælibet capella parrochialis ciuitatis Fauẽ. & q̃libet schola comitatus & districtus eiusdem singulo anno de mense Ianuarii teneantur & debeant facere vnum capellanum pro singula capella, & vnum sindicum pro schola qualibet infra quinq; dies dicti mensis. Alias ipsis non facientibus Potestas & dñi Antiani possint compellere quatuor, aut homines dictarum capellarum, & scholarum ad ellectiõem prædictam infra alios tres dies sub pœna librarum trium boñ. Qui capellani: siue capitularii sint & esse debeant ad minus ætatis annorum. xxv. Et ꝙ quælibet capella, seu schola, quæ non habet. xxv. fumantes, possit se vnire cũ capella, seu schola viciniori, si eis videbitur: cum consensu tamen & licentia dñorum Antianorum. Et si aliqua schola esset ita magna vt excederet cẽtum fumantes, & inter eos vel maiorem partem essent concordes de diuidendo eam in duas scholas, tunc dñi Antiani cum generali consilio possint hoc facere. ¶ Item ꝙ nullus capitularius possit ꝯfirmari, nisi de expressa licentia dñorum Antianorum in scriptis apparuerit, alias cõfirmatio sit nulla, & talis confirmatus non possit exercere officium, nec aliquas collectas exigere sub pœna librarum. xxv. boñ. cõmuni Fauentiæ applicandaꝝ. ¶ Item ꝙ nullus capellanus, nec capitularius possint, aut valeant aliquam collectam petere, aut exigere, nisi prius talis collecta fuerit approbata per magnificos Dños Antianos pro tempore residentes, & eorum sigillo & manu eorum scribæ munita. Et qui contrafecerit, incidat in pœnam quinq; libr. boñ. cõmuni Fauẽ. applicandarum pro qualibet vice: & tali officio priuatus existat.

¶ De fideiussione præstanda per capitularios scholarum: & vbi præstetur, & quomodo soluatur notariis qui eam describunt. Rubrica. XVII.

STatuimus & ordinamus ꝙ oẽs & singulæ scholæ districtus Fauẽ. & seu hoĩes earundem teneantur, & debeãt quolibet anno de mense Ianuarii facere & cõstituere vnum sindicũ, & vnũ capitularium, qui cõstituantur ab ipsis scholis, & seu hoĩbus ipsarum, a quibus habeant plenũ & sufficiens mandatũ, quod quidẽ mãdatũ teneat præsentare in publica & autẽtica forma manu publici notarii de dicto mense Ianuarii apud officiales custodiæ ciuitatis Fauẽ. & illud dimittere dictis officialibus: qui illud tradere teneantur incontinenti Dñis Antianis dictæ ciuitatis ꝑ tempore. Et illud habeant a prædictis specialiter ad promittẽdum de iurando fidelitatem & obedientiam ecclesiæ Romanæ, & ipsius officialibus præsidẽtibus in ciuitate Fauentiæ, & ad satisdandum apud prædictos officiales & eorum notario ꝑ cõmuni Fauentiæ recipienti de omnibus & singulis obseruandis, quæ continentur in statutis & reformationibus Ciuitatis fauẽtiæ: & maxime de obediendo: & parẽdo mandatis dñi Potestatis: & dñoꝝ Antianorum, & aliorum iusdicentium ciuita-

tis Fauētiæ quacunq; de causa factis. Et de non receptando aliquem bānitum in eo/
rum scholis, & de non dando eis, vel alicui de eorum familia bibere: vel comedere:
nec auxilium, consilium, vel fauorem eis præstare. Et ꝙ omnia maleficia in eorum
scholis cōmissa & cōmittenda tempore eorum officii durante, denunciabunt ſm
formam statutorum dicti cōmunis, sub pœna in dictis statutis contenta. Et collectas
impositas, seu imponendas per cōmune Faueñ. in eorum scholis exigent, & deposi
tario cōis Fa. vel alteri psonæ sup hoc deputatæ pecunias exactas dabūt. Laboreria
in eoꝶ scholis p officiales cōis Fa. data facient fieri. Et ꝙ hēbunt æstima suæ scholæ
exēplata oī anno ab officialibus deputatis super æstimis dicti cōis de quolibet suo, fu
mante, & summam æstimi dictorum suorum fumantium. Et pro dicto æstimo sol/
uent collectas, casq; exigent per fumantes eorum scholarum. Et ꝙ custodient stratas
ne aliquid mali: robariæ vel rapinæ, violentiæ vel damni fiat, & emendare omnia
damna illata in eorum scholis, nisi cœperint, præsentauerint malefactorē dño Pote
stati, vel eius officiali. Et ꝙ custodient, ꝙ non extrahatur de eoꝶ scholis aliquod bla
dum, nec permittent transire vel portari de aliena schola per suam scholam contra
formam statutorum, nisi habuerint expressam licentiam dñorum Antianorum vel
officialium super hoc deputatorum. Et generaliter omnia alia facere teneantur &
facient, quæ in statutis ciuitatis Fauentiæ continentur de eorum officio loquenti/
bus. Et ꝙ securitates dictorum capitulariorum præcise compellātur soluere omnes
collectas: quas omiserint dicti capitularii soluere, vel aliquid de eorum scholis. Et si
non soluerint dictæ securitates dictorum capitulariorum infra tres dies a die sibi facti
pcepti cōnumerandos omne id, quod solui debet per fumantes scholarum capitu/
lariorum, quorum sunt securitates, tunc dñs Potestas, vel eius officialis præcise sub
pœna libr. xxv. bonoñ. teneatur dictas securitates facere detineri. Et non relapsentur
nisi primo soluerint propter quod sunt, vel erunt detenti. Et teneatur nihilominus
dictus dñs Potestas, seu eius officialis, qui primo fuerit requisitus facere & curare cū
effectu: taliter ꝙ dictæ securitates scholarum conseruentur indemnes a dictis scholis,
pro quibus securitates extiterint, & a capitularis, hominibus, & personis eaꝶ de om
ni & toto eo quod soluerint pro eis, & de expensis, ac interesse, faciendo detineri ca
pitularios scholarum, pro quibus securitates extiterint, & singulares personas, quæ
non soluissent, ipsas detinendo ad petitionem talium fideiussorum, donec cōserua/
uerint ipsos penitus sine damno, pœna dicto domino Potestati, & alteri cuilibet of/
ficiali: qui primo fuerit requisitus: & neglexerit prædicta adimplere lib. xxv. boñ. p
qualibet vice applicanda pro duabus partibus cōmuni Faueñ. & pro reliqua tali fi/
deiussori damnificato. Et notarius Dñorum officialium custodiæ pro fideiussiōe
recipienda & scribenda habere debeat pro sua mercede a capitulariis scholarum, a
quibus dictas fideiussiones receperit: et scripserit in forma, duos solidos, pro qualibet
schola dādo fideiussionē ſm formam statutorum pro omnibus, propter quæ dictus
capitularius tenētur fideiussionem præstare ſm formam statutorum. Teneantur ēt
dicti capitularii præstare fideiussionē singulo anno de soluendo: & obseruando om
nia, quæ continentur in statutis gabellæ. Et notarii de gabella non accipiant pro di
cta fideiussione scribenda nisi solidum vnum boñ. a quolibet capitulario, pœna no
tariis prædictis, si plus acceperint, solidoꝶ decem bonoñ. Cuius pœnæ: medietas ap
plicetur cōmuni, & alia medietas illi a quo plus acceptum fuerit. Pœna cuilibet capi
tulario dictarum scholarum contrafacienti in singulis capitulis præsentis statuti lib.
decem boñ. cōmuni Faueñ. p duabus applicanda, & pro tertia accusatori.

¶ Quod nullus fideiubeat nisi pro vna vel duabus scholis. Rubrica. XVIII.

ITē statuimus, ꝙ nullus de ciuitate Fa. vel suo districtu debeat vel p̃sumat fideiube
re, vel se obligare penes officiales custodiæ ciuitatis Fa. nisi p vna vel duabus sco
lis ad plus singulo anno, penes quos officiales se obligabit, seu fideiubebit. Et di
cti officiales, & eoꝶ notarius, q dictā fideiussionē scripserint & acceptauerint aliter ꝗ

supra dictũ est, incidant ipso facto in pœnã solid.xl boñ. p quolibet, & qualibet vice. Et ille qui sic contra formam præsentis statuti fideiusserit, soluat lib. quinq; boñ. quarum penarum medietas applicetur accusatori: alia cõmuni Faueñ. & talis fideiussio aliter præstita q̃ supra: sit, & habebitur pro non pſtita. Et potestas vel alius ius dicens in ciuitate Fauentiæ qui primo fuerit requisitus: vel cui fuerit denunciatum: teneatur dictas pœnas de facto exigere a contrafacientibus: & partem cõitati Faueñ. tangentem depositario ipsius cõitatis assignare & assignari facere cum effectu.

De officio depositariæ actorum ciuilium. Rubrica. XIX.

Quom acta publica cãrũ ciuiliũ (vt longa docuit expientia) q̃ p notarios tribunalium finito eorum officio male custodiuntur & conseruantur, quom quãdoq; ipsi notarii ad ciuilia diuidant inter se ipsa acta, filtias, & manualia, & sic difficile haberi possunt, quãq; per negligentiam, aut mortem ipsorũ notariorum de eis rogatorum, ipsa acta pereunt & destruuntur. Et q̃ peius est forte aliquando occultantur in graue damnum & præiudicium quorum interest. Ea propter ad publicam, & priuatorum vtilitatem, prouidendum duximus, pro ut in pluribus dignis ciuitatibus extitit prouisum, & ordinatum. Statuimus & ordinamus: q̃ fiat officium depositarie dictorum ciuilium actorum in loco publico & condecenti: Et elligantur singulis annis de mense Decembris duo tabelliones idonei, & bonæ famæ, qui sint ad minus ætatis annorum triginta ad dictum officium depositariæ actorum ciuilium, qui ea recipere: tenere: & custodire teneantur. Quorum officiũ duret per vnum annum. Et q̃ teneantur omnes notarii ad ciuilia deputati ad tribunalia tam prætoris Faueñ. q̃ iudicis appellationum Faueñ. & officialium custodiæ, & gabellarum dictæ ciuitatis, finito eorũ officio semestri, vel annali, suas filzas, manualia, & acta publicare, & illas, & illa tradere, & cõsignare notariis deputatis ad dictum officium depositariæ integre, & absq; vlla diminutione, & fraude infra terminum decem dierum a die finiti eorum officii, pœna cuilibet non tradenti & nõ consignanti suas scripturas officii sui finiti lib. qnquaginta bonoñ. cõmuni Faueñ. applicañ. Et nihilominus cogantur effectualiter & personaliter obedire huic statuto. Et q̃ ipsi notarii depositariæ teneantur ipsas scripturas sic sibi consignatas annotare distincte ipsas scripturas, & cuius manus sunt, & quot folia filzarum: & manualium, & cuius anni, ita q̃ diligenter cũstet de illis. Et ipsi notarii depositariæ possint & intelligantur vigore præsentis statuti habere auctoritatem elleuandi in publicam formã scripturas ipsas, & acta, perinde ac si de eis fuissent rogati: & illis credatur & deẽ plena fides tanq̃ essent rogati: vt supra. Et possint accipere ipsi notarii depositariæ p salario & mercede sua de elleuandis & copiam dandis tantum quantum disponit per statuta Fauentiæ loquentia de mercede notariorum ad acta causarum ciuilium. Pro ostensione vero alicuius actus: processus, vel scripturarum in dictis actis, & scripturis pro qualibet vice habere debeant solidos duos bonoñ. & non vltra pœna ipsis notariis depositariæ, si per eos, vel aliquem eorum contrafactum fuerit in prædictis, vel aliquo prædictorum lib. x. boñ. pro qualibet vice cõi Faueñ. applicañ.

De ellectione massaroli & eius officio. Rubrica. XX.

Vt pignora, quæ accipientur mandato alicuius ius dicentis, vel officialis ciuitatis Fauentiæ conseruentur, ne valeant per aliquos permutari: seu deteriorari. Statuimus & ordinamus, q̃ quolibet anno per dños Antianos & ciues adiunctos per suffragia fabarum elligatur vnus probus massarolus: qui recipere teneatur omnia pignora sibi assignata per quemcũq; militem, seu executorem ciuitatis Fauentiæ: & ea ponere & custodire in loco publico per Dños antianos deputando, & scribere ad quodlibet pignus breue cuius sit tale pignus. Et teneatur in principio sui officii præstare idoneam fideiussionem de lib. centum boñ. ac iurare de cu-

ftodiendo & reftituen. omnia & fingula pignora ei, vt fupra: affignata. Teneať etiã foluere, feu fatisfacere executori pro eius mercedę illud quod difponitur per ftatutũ fupra in primo lib. pofitũ fub Rub. vii. De mercede & feu emolumẽtis dñi ptãtis, & eius, ac alioꝝ quorũcũq; officialiũ, hice; & accipere poffit dictus maffarolus vltra mercedẽ folutã militi, feu executoribus vt fupra, videlicet in cafibus, in qbus foluere debet executori folidũ vnũ, denarios q̃tuor. In aliis aũt cafibus vbi foluiť executori folid. duos, denarios fex. Abinde vero fupra denarios. viii. ꝑ fingulo pignore. Infup: dĉtus officialis hr̃e debeat librũ ordinatũ, & bullatũ, pro ut videbitur. d. Antianis, in quo teneatur diftincte fingulas partitas vniufcuiufcunq; pignoris per quẽlibet executorẽ ei affignati, ac fcribere fingula pignora: quæ, vt fupra, vẽdi ꝯtigerit fcribẽdo nomen tam creditoris q̃ debitoris, cui libro adhibeať fides ẽt in iudicio. Et notarius electus p. d. Antianos ad id teneaťmanupp̃ria in libro p̃dicto fcribere oĩa & fingula pignora, q̃, vt fupra, vendi ꝯtingerit fcribẽdo cui & q̃tũ vẽditũ fuerit vnũquodq; gnus. Qui notarius ꝓ fua mercede hr̃e debeat ꝑ fingulo pignore fic vẽdito deñ. fex. Bannitor aũt denarios duos hr̃e debeat pro fingulo pignore, quæ omnes & fingulæ mercedes foluantur expenfis debitoris. Teneať ẽt ipfe officialis oĩa & fingula pignora fibi affignata per quemcũq; executorẽ conferuare & cuftodire oĩbus fuis laboribus, periculo, & expenfis: eaq; per duos menfes tenere: & ꝯferuare debeat a die p̃ntationis: & affignationis dictorũ pignoꝝ inchoañ. Quæ pignora teneať reftituere dño pignori infra dictũ tp̃s: fi illa vel illud reluere voluerit, vel hñti intereffe in dicto pignore, vel pignoribus: feu cãm habenti a dño pignoris, fatisfacto tñ prius creditore de eius credito liq̃do, ac mercede executoris, ac ipfius maffaroli. Elapfo aũt dicto tp̃e dictoꝝ duoꝝ menfium: teneatur ipfe maffarolus infra octo dies imediate fequentes publice in platea cõis dicta pignora fubaftare per publicũ bãnitorem p̃nte notario, vt fupra per Do. Antianos deputato, & vnumquodq; pignus vendere, & plus offerenti tradere. Et ex p̃cio dictoꝝ pignoꝝ vt fupra venditoꝝ fatisfiat ipfi officiali, ac executori, & bãnitori de eoꝝ mercedibus, vt fupra limitatis. Et illud qđ fupererit de quolibet pignore vendito teneatur dictus officialis abfq; mora & exceptione aliqua fatisfacere creditori, ad inftantiam cuius vnũquodq; pignus acceptũ fuerit vfq; ad integrã fatisfactionẽ fui crediti, fi tñ preciũ redactũ fuerit fufficiens. Si vero aliquid fupererit fatisfacto dicto creditore, & mercedibus fupradictis illud reftituat dño pignoris. Et cafu quo p aliquẽ ex iufdicẽtibus in ciuitate Fauen. feq̃ftrari vel refirmari ꝯtigerit aliquod pignus exiftẽs apud dictũ officialẽ, tũc & eo cafu idẽ maffarolus poffit retinere mercedẽ tã executoris q̃ ipfius maffaroli, vt fupra, limitatã. Et cafu quo ꝯtingeret aliquẽ pignorari i eius ꝯtumaciã vt tedio affectus ꝯpareat, tunc fi dictum pignus vendi ꝯtingerit, ꝑ ut fupra de aliis pignoribus ftatutũ eft: p̃fatus officialis preciũ redactũ ex dicto pignore, vt fupra, vẽdito, teneat apud fe in depofitũ p̃cium dicti pignoris, donec ei p iudicẽ cõmiffum fuerit, cui tradere debeat p̃cium dicti pignoris, retẽta fibi tñ mercede fua, ac executoris. Et talis officialis, feu maffarolus non habeat deuetum, feu vacationẽ ab aliquo offõ cõis ꝑpter tale offm̃. Et ꝙ de oĩbus dubiis emergẽtibus circa eius offm̃ nõ decifis p p̃ns ftatutũ teneať, & debeat dictus maffarolus ftare determinationi & declarationi fuperinde per dños Antianos pro tempore dictæ ciuitatis faciendæ;

¶ Incipit Liber Tertius ftatutoꝝ ciuitatis Fauen.

¶ De citationibus, cõmiffionibus, & relationibus. Rubrica Prima.

N primis quando aliquis vult facere aliquem citari, vel requiri ad iudicium fiat cõmiffio per iudicem nuncio cõmunis: & citetur femel vna die pro fequenti perfonaliter inuentus & non inuentus bis ad domum fuæ habitationis, fi habitationẽ habet in ciuitate Fauentiæ, vel diftrictu. alias citetur ad domum, vbi vltimo ipfe citandus habitare confueuit in

eo anno

eo anno:in quo citatur. Quæ mandata:cõmissiones, relationes, & præsentatio-
nes scribantur in actis per Notarios iudicis causæ, & scribatur præsentatio faci-
entis citati in termino: vel hora debita cum accusatione contumaciæ, & prote-
statione expensarum. Et nuncius debeat & teneatur portare in scriptis cedulam
scriptam, vel saltem subscriptam manu notarii, qui est ad id tribunal vbi fit com-
missio siue iudicis, vel officialis ad id tribunal, in qua contineatur commissio fa-
cta dicto nuncio:& ad petitionem cuius fiat citatio, & coram quo iudice, & quod
petitur sub breuitate:& dimittere citato vel requisito dictam cedulã, vel ad eius do
mum, seu habitationem, vbi citatio legitime fienda est, pœna nuncio contrafacien
ti pro qualibet vice solid.xx.boñ. Et Potestas, & eius Vicarius teneantur facere iura-
re specialiter hæc omnibus nunciis. Et notarii non audeant aliquid accipere pro di
cta cõmissione danda in scriptis, nisi id solum quod per statutum concessum est eis
de cõmissione accipere. Et quilibet possit accusare & denunciare Notarios & nun-
cios contrafacientes:& habeat medietatem pœnæ. Et citatio aliter facta non valeat
ipso iure, quæ cedula tunc s̃m formam ipsam præsentata & dimissa, & facta intelli-
gatur, si ipse nuncius ad id requisitus iurauerit, & in actis curiæ apud ipsum notariũ
per ordinem scripta inueniatur manu propria ipsius notarii, vel saltem subscripta,
nisi contrarium probatum fuerit per ipsum citatum vel alium eius nomine. Et præ-
dictus modus citandi habeat locum in citatione, quæ fit in principio causæ, & quã-
do quis citatur ad diffinitiuam sententiam audiendam. Aliæ vero citationes arbi-
trio iudicis procedãt. Verum quando aliquis, qui sit in pallatio, citatur, vel requiri
tur, siue aliquid ei præcipitur per nuncium ex parte alicuius officialis non sit eo ca
su necessaria cõmissio in scriptis i cedula:sed sufficiat verbotenus eũ citari, eo saluo
ꝙ in questionibus lib. quinq; boñ. vel infra nõ exigatur ista solemnitas cedulæ scri-
ptæ. Item ꝙ omnes notarii ciuitatis Fauentiæ qui sunt, vel in futurum erunt ad ali-
quod officium teneantur prædicta vinculo iuramenti obseruare quantum in eis e.
Et ꝙ reus qui non habitauerit in ciuitate Fauentiæ eo anno quo citatur, citet̃ s̃m
formam statutorum de citatione forẽsium. Si vero citetur vniuersitas, seu collegiũ
citari debeant, & citentur Priores, vel consules: & massarius dictæ vniuersitatis, &
collegii, qui sint ellecti a dicta vniuersitate:collegio, vel pro talibus tunc se gerant.
Qui tamen personaliter citentur, si cõmode haberi poterint. Alias sufficiat citari ad
locum, seu ecclesiam, in quo, seu in qua talis vniuersitas, & collegium se congrega
re consueuit. Si vero citetur aliqua schola pro damnis datis, seruetur forma statuti
loquentis de damnis datis. Si autem pro alia causa citetur capitularius huiusmodi
scholæ:qui se gerat pro capitulario dictæ scholæ, & etiam citetur ipsa schola ad ec-
clesiam parrochialem dictæ scholæ die festo in hora qua missa celebratur. Et talis
modus citandi sufficiat pro legitima citatione. Et ꝙ præsumatur cõmissionem iu-
dicis præcessisse citationem quando notarius in citatione exprimit factum, seu fa-
cere de cõmissione iudicis.

De citatione heredum, & qualiter procedatur contra eos. Rubrica. II.

QVom aliquis agere intendit contra heredes alicuius defuncti, faciat iu-
dex ad petitiõem eius citari heredes ipsius defuncti propriis nominibus
vbi est certum qui sint heredes. Alias sufficiat citari appellatiuis nomini
bus, & dicantur esse certos heredes quando ex defuncto supersunt filii:seu descendẽ
tes masculi, vel fœminæ, seu alii qui obtineant primum gradum successionis vsq;
ad quartum gradum inclusiue secundum dinumerationem iuris canonici siue sint
agnati, siue cognati. Et si citati comparuerint, & confessi fuerint se heredes, proce
datur contra eos s̃m formam statutorum de materia loquentium. Si vero cõparue
rint & negauerint se heredes, tũc ꝓcedat̃ cõtra heredes appellatiuo noĩe, q citari de-
beant ad domum vbi habitabat defunctus qñ decessit: si decessit in ciuitate Fauẽ.

comitatu, vel districtu, alias citentur ad domum: vel locum, in quo in ciuitate Fauentiæ, comitatu, vel districtu erat solitus habitare: vt alia die nõ feriata cõpareant coram ipso iudice per se, vel sufficientem responsalem responsuri de iure illi: qui fecit eos citari. Et ipse agere volens contra eos, se præsentet in termino citationis coram iudice processurus in causa, & ipsorum citatorum contumaciam incuset: & suã præsentationem & citatorum contumaciam faciat scribi in actis per notarium tribunalis, & expectet vsq; ad discessum iudicis a banco. Et eodem modo fiat secunda citatio & præsentatio actoris. Et elapso termino secundæ citationis: citentur ipsi heredes alta & preconia voce per preconem cõis ad domum habitationis defuncti, vt supra, si consueuit habitare in ciuitate Fauentiæ: alias: hoc est, si non habitabat defunctus tempore mortis in ciuitate Fauentiæ. Vel si citantur nomine appellatiuo citentur ad arrengheriam cõis q̧ tertia die sequenti non feriata cõpareãt corã iudice causæ respõsuri de iure agenti. Et si nõ venerint et cõparuerint, actor in termino se præsentet paratus procedere in causa & eoꝝ cõtumaciam incuset & expectet, vt supra dictum est. Quæ citationes pro legitimis habeantur. Et possit contra eos procedi: quẽadmodum contra alias personas ẞm formas in statutis præcedentibus denotatas. Saluo q̧ non ponantur in banno, nec carcerari, aut detineri possint, nisi certũ sit actori de personis ipsorum heredum. Quo casu si certa sint nomina ipsorum heredum, tunc citentur propriis noibus, vt supra, psonaliter, si ipsoꝝ copia de facili haberi poterit: alias sufficiat ipsos citari ad domum eoꝝ habitationis, dũtñ nõ possint in banno poni, nisi citati fuerint noibus propriis: vt supra, et excesserint pupillarem ætatẽ, quo casu procedatur contra eos: pro ut & sicut procederetur contra defunctum: si viueret ẞm formam statutoꝝ Faueñ. Et q̧ actor seu pro eo interueniens in causa in omnibus casibus supradictis in quolibet termino citationum prædictaꝝ se præsentet, & contumaciam citationum incuset, vt supra dictum est: faciendo etiã proclamari ibi ad tribunal alta voce per vnum ex nunciis cõmunis qualiter ipse fecit citari tales heredes talis defuncti appellatiuo nomine. Et q̧ si quis vult eos defendere, vel bona hereditatis ipsius defuncti, comparere debeat coram iudice causæ anteq̃ contumaciam incurrant, quoniam citati fuerunt, declarãdo quot vicibus iam citati fuerint, quibus proclamationibus omissis processus factus sit nullus. Et quando nuncius citauerit ad domum heredes appellatiuo nomine teneatur in eius relatione designare domum vbi eos citauerit, ipsius domus latera & ꝯfines exprimẽdo.

¶ De citatione forensium, & qualiter procedatur contra eos. Et per ipsos contra ciuem. Rubrica. III.

Si quis agere intendit contra aliquem forensem, citetur ipse forẽsis ad domum vbi se receptare consueuit in ciuitate: comitatu, vel districtu Faueñ. duabus vicibus, & diuersis diebus, & cedula ibi dimissa ipsius citationis, vt in alio statuto continetur: et ad ecclesiam parrochialem in qua vltimate habitare consueuit. Si autem non cõsueuit habitare in ciuitate Faueñ. comitatu, vel districtu, tunc citetur bis ad arrengheriam cõis per p̃conem cõis alta & p̃conia voce diuersis diebus cũ assignatione termini triũ dieꝝ pro qualibet citatione, & postea procedi possit contra ipsum forensem tanq̃ legitime citatum & reũ contumacem ipso vel alio ꝑ eo non comparente. Eo autem vel alio pro eo legitime comparente idem modus seruetur qui in ciue seruandus esset, præstita tñ satisdatione per ipsum forensem. de iudicio sisti. & iudicatum soluẽdo, nisi actor vellet ẞm formam proximi sequentis statuti procedere. q̧ in eius electione cõsistat. Verum si aliquis forensis trahat ad iudicium coram aliquo iudice Fauentiæ aliquem ciuem, comitatinum: seu districtualem, vel habitatorem ciuitatis Fauentiæ, comitatus, vel districtus teneatur ad petitionem ipsius conuenti idonee satisdare de restituendis expensis & interesse ẞm taxationem fiendam per iudicem causæ, si contingat ipsum in dicta causa succumbere, & alias non audiatur.

¶ De modo

¶De modo & forma pcedendi contra suspectos de fuga. Rubrica. IIII.

STatuimus & ordinamus: q siquis ciuis vel habitator in ciuitate Fauen. habuerit aliquem eius debitorem de fuga suspectum, ciuem similiter, vel habitatorē Fauen. & ipsum capi petat tanq suspectum de fuga, si de debito per instrumentum, vel scripturam publicam: vel per vnum testem idoneum fidem fecerit, ac iurauerit talem eius debitorem in ciuitate vel districtu Fauentiæ immobilia non possidere, & ipsum habere de fuga suspectum & debitum fuerit a libris quinq supra, audiatur & captura concedatur. Si vero aliquis ciuis: vel habitator Fauen. voluerit aliquem eius debitorem forensem pro suspecto capi facere, facta fide de debito per instrumentum: vel vnum testem: vel alio quouis modo, & de tali suspitiōe fugæ per iuramentum captura concedatur. Si autem forensis voluerit aliquem ciuem vel habitatorem Fauentiæ pro suspecto capi facere, non audiatur, nisi plene prius probato debito, & suspitione fugæ, absq tamen partis citatione. Declarantes tamen, q filii familias patribus habitantibus, & immobilia possidentibus in ciuitate Fauen. nō possint iurari suspecti de fuga: nec tanq fugitiui capi & carcerari. Porro si forēsis forē sem tanq suspectum de fuga carcerari petierit dispositionem & ordinem iuris cōis seruari volumus & mandamus. Qui sic capti: & carcerati, & suspecti vt supra non relapsentur: nisi creditori satisfecerint de quantitate debita & expensis legitimis, vel satisdederint idonee. de iudicio sisti. & iudicatum soluendo.

¶Quomodo cognoscantur & terminentur causæ lib. decem, & abinde infra. Rubrica. V.

STatuimus & ordinamus, q causæ non excedentes summam lib. decem in futurum ventilandæ coram quocunq iudice ciuitatis Fauentiæ iurisditionem habente, cognoscantur & terminētur sūmarie, & de plano sine strepitu & figura iudicii, & sine libelli oblatione, litis contestatione, & omnibus iuris solemnitatibus omissis, præcedente tamen quali quali facti narratione. Et sufficiat ad probatiōem intentionis actoris super dicta quantitate dictum vnius idonei testis cum iuramento actoris in defectum plene probationis. In causis vero quadraginta solidorum, & abinde infra cognoscantur & terminentur sm formam prædictam, & etiam tales causæ possint decidi per iudicem, per iusiurandum deferendum, per actorem reo: seu referendum per reum actori, & teneatur cui delatum fuerit iurare, vel referre omni exceptione postposita: & sm quod iuratū fuerit, iudex teneat dictā cām terminare.

¶Qualiter procedatur contra obligatos ex publica scriptura. Rubrica. VI.

STatuimus & ordinamus: q si qua persona collegium, vel vniuersitas habeat vel habebit in futurum aliquam vel aliquas personas obligatas ex publica scriptura, siue ex testamento: vel ex alia vltima voluntate, de qua obligatione, seu vltima voluntate appareat publica scriptura & contenta in ipsa obligatione, seu voluntate per se vel alium petat coram aliquo ius dicente in ciuitate Fauentiæ, vel districtu: tunc iudex ille, qui super hoc fuerit additus ad petitionem actoris ipam cām audire, cognoscere, & terminare, teneatur simpliciter, summarie, de plano sine strepitu: & figura iudicii, & teneat iudex facere detineri personaliter reum vsq ad integram satisfactionem contentorum in ipa publica scriptura: & seu vltima volūtate, si hoc actor petat: ac etiam expensarum. Et pdicta vēdicēt sibi locū reo exñte cōtumace, vel cōparēte, & sine aliqua ex infrascriptis exceptiōibus negāte vel ꝯfitēte ꝯtēta in dicta tali publica scriptura. Sin aūt ipse reus vel rei cōparuerit p se vel legitimū pcurēm, & aliq ex infrascriptis exceptiōibus opposuerit: vz de falso soluto, trāsactiōe liberatione, & pacto de nō petēdo, vel ad certum tps petēdo pscriptiōe, q ex ipsius

inſtrumenti : ſeu teſtamenti , vel vltimæ voluntatis ſerie appareat. re iudicata i vel vſurarum , tunc ipſo reo præſtante idoneam fideiuſſionem. de iudicio ſiſti . & iu/ dicatum ſoluendo. quantumcunq; fuerit immobilium poſſeſſor, in ipſa exceptiōe, vel exceptionibus audiat per iudicem: quā vel quas ipſe reus ꝓbare teneat infra ter/ minum decem dierum vtilium:& perēmptorie per iudicem ſtatueñ. Qui iude x ꝑ/ ſtita ſatiſdatione ſupraſcripta non poſſit ipſum reum vel reos facere perſonaliter ca pi durante dicto termino, etiā ſi iā tūc eſſet captus, vel eſſent capti, teneatur ipſum & ipſos eo termino durante facere recapſari. Et ſi infra dictum terminum ipſe reus vel eius procurator dictas exceptiones, vel alterā earum legitime probauerit , tunc ipſe reus: vel eius procurator abſoluatur, & actor condemnetur eidem in expenſis. Si aūt ipſe reus in ipſis probationibus defecerit: tunc ſtatim finito termino ſupradi/ cto, ipſe reus perſonaliter capiatur ad petitionem actoris: & de ipſis carceribus non relapſetur ſine integra ſatisfactione ipſius actoris tam in petitis per eum ꝗ expen/ ſis. Et hoc ſi copia ipſius rei haberi poterit, alias ipſa pronunciatio ferenda per iudi/ cem, qui ſuper hoc additus fuerit poſt dictos decem dies mittatur executioni cōtra fideiuſſorem vel fideiuſſores ſupraſcriptos realiter & perſonaliter ad voluntatē acto ris, etiam ſine aliqua citatione partis, vel alia iudiciali ſolemnitate. Et intelligat nō poſſe haberi copia rei ad hoc vt dicta executio cōtra fideiuſſorem prædictum fieri poſſit: ſi hoc nuncius retulerit & actor hoc iurauerit. Poſſit tñ ipſe reus, ſi hoc actor allegerit in caſu, qno ipſe reus fuerit legitime citatus: & ꝯtumax poni in banno pro debito petito, & expenſis, quod bannum ipſe reus incurriſſe intelligatur, ſi infra qn tam diem per iudicem ipſi reo aſſignandam in ꝑnunciatione ſuper prima cōtuma/ cia ipſius rei coram iudice in iudicio non comparuerit, & nō ſatisfecerit actori de omnibus ſuis expenſis factis per ipſum actorem in ipſa cā: vel ob eā cām. Qua com paritione facta, & ſatisfactione expenſarum, vel depoſito facto per ipſum reum de ipſis expenſis penes Notarium cauſæ in caſu contumaciæ actoris, ipſe reus in ſupra/ ſcriptis exceptionibus, vel alia earum: audiatur infra dictos decem dies: præſtita tñ ante per ipſum ſatiſdatione, de qua ſupra ſit mentio: ſi per actorem fuerit petita. Si vero poſt incurſum bannum ipſe reus vel rei comparuerint perſonaliter, & nō per ꝓcuratorem, qui hoc caſu non admittatur, negans ſe teneri actori, & allegās aliquā vel aliquas ex ſupraſcriptis exceptionibus , tunc incontinenti ipſe reus perſonaliter detineat ad petitionē actoris, & ipſi actori demū ſatisfacto de oibus ſuis expēſis: tūc ipſe reus infra dictū terminum decem dieꝝ ſibi ſtatuendū ſuper dictis exceptiōibus audiatur, ꝙ ſi ꝓbauerit, abſoluatur: alias detentus remaneat vſq; ad integram ſatisfa ctionē actoris. Et in caſu quo ipſe reus ab aliquo grauamie appellaret, nihilominus ſemper ſtet detentus: donec appellationis cauſa agitata fuerit, nec vnquam de ipſis carceribus relapſetur ſine ſatisfactione ſupraſcripta : & ſine refectione expenſarum in caſu quo ipſe reus fuerit contumax. Liceat tamen creditori in omnibus caſibus ſupraſcriptis vti etiam via tenute ſimul cum ſupraſcriptis viis, ſi hoc ipe actor poſtu lauerit. In qua tenuta procedatur via ordinaria, cum in cæteris ſupraſcriptis caſibus procedatur ſine ſtrepitu & figura iudicii. Et omnia ſupraſcripta habeant locum etiā in fideiuſſoribus contractus, & tam in inſtrumentis: ꝗ ēt in teſtamentis, ſeu vltimis voluntatibus, etiam non liquidis, quæ tamen liquidentur infra decem dies, de qui/ bus ſupra ſit mentio. ℭ Cæterum quia de exceptione vſurarum ſupra ſit mētio. Sta tuimus & volumus, ꝙ ad talem exceptionem vſurarum probandum: ſufficiat : ſi ip ſe creditor probetur de vſuris publice diffamatus per tres , aut quatuor teſtes fide dignos, qui teſtes non ſint tempore depoſitionis: & iuramenti eorum in aliquo ip ſi creditori obligati. Et vera ſors dicti debiti intelligatur ſm ꝙ conſueuit dictus vſu rarius in aliis contractibus mutuare. Quod etiam probetur per publicam famam p teſtes ſuperius deputatos. Et circa prædicta intelligatur conſuetudo talis creditoris circa veram ſortem trinus actus ipſius creditoris per ipſum adhibitus in incremen/ to ſortis per ipſum mutuate in aliis ſuis contractibus & inſtrumentis, quod etiam ſi militer probetur per teſtes, qui non fuerint ſuperius exceptuati.

ℭ De modo

¶ De modo & forma procedendi in causis excedentibus summam librarum decem boñ. Rubrica. VII.

Finem litibus salubriori modo quo melius possumus imponere cupiẽtes, Et ne veritas gestorũ per cauillationes, et inris veritatem nõ tangentes cõprimaẽ. Et vt laboribus et sumptibus quæ fiunt in litigando occurramus, et vt de imortalibus, lites mortales fiant. Propterea hac æditali et in perpetuum valitura lege, et statuto. Sancimus, decernimus: et mandamus, ꝙ causæ ciuiles, vel mixtæ quæcũq; agitandæ in ciuitate Faueñ. inter hoies dictæ ciuitatis: et eius comitatus, et seu cõtra ipsos homines in prima instantia cognoscantur, et terminẽtur, ac cognosci, et terminari debeant per magnificũ. d. Ptãtem dictæ ciuitatis, et eius curiã. Et ꝙ instantia et tempora causarum hmõi de cætero agitãdarũ coram p̃fato do. Potestate, et eius tribunali: et curia in dicta prima instantia super executione publici instri, aut sniæ, laudi arbitramẽti, seu vltimarũ volũtatũ, aut de et sup quãtitate & sũma excedẽte summam lib. x. boñ. vsq; ad quantitatem lib. xxv. boñ. inclusiue, vel abinde infra, seu de et super re tantundem valente, sint, et esse debeant dierũ. xl. continuorum tñ et non vltra, inchoandorũ a die productionis dicti instrumenti, sententiæ, laudi, arbitrii, & arbitramenti: aut vltimæ voluntatis, seu a die factæ, & ꝑductæ suæ simplicis, et nudæ petitionis. Infra quos quadraginta dies causas hmõi cognosci et terminari volumus, dũmodo infra prædictos quadraginta dies, viginti ad minus vtiles, et nõ feriati intercedant. Quæ quidem tpa auctoritate præsentis legis et decreti intelligãtur esse, et sint præfixa dicto dño Potestati: et eius iudicibus. Et instantiæ causarũ hmõi: in quibus etiam causis procedatur et procedi debeat, etiam in decidendo sũmarie, simpliciter, de plano sine strepitu, et figura iudicii, omissis iuris, solennitatibus, et in eis circa terminum probatorium statuendum seruando, et ita seruari mandamus formam traditam a statuto nostro sub Rubrica. Qualiter agatur contra obligatos ex publica scriptura. Quod statutum etiam in aliis iuis partibus volumus inuiolabiliter obseruari in causis agitandis super executione publicæ scripturæ, quo termino ꝓbatorio elapso intelligatur facta publicatio processus et testium, & statutus terminus trium dierum vtilium ipsis partibus ad opponendum contra, & opposita ꝓbandum sine alio iudicis ministerio. In aliis autem causis agitandis in dicta instantia coram p̃fato. D. Potestate, et eius tribunali, et curia excedentibus summam et valorem librarum. xxv. boñ. vel de et super re precio valoris excedentis summam huiusmodi, & abinde supra volumus et sancimus procedi debere summarie, simpliciter, de plano sine strepitu et figura iudicii et sola facti veritate inspecta, eas tamen decidẽdo de iure tantum, et pro ut iuris dispositio dictabit, non derogando tamen per hoc feriis inductis ob necessitatem hominum, quas in huiusmodi causis sic summã prædictam, et dictum valorem excedentibus: et vbi non agitur executiue, seruari volumus et mandamus, nisi eis expresse renunciatum fuerit. Et quas causas cognosci, ac terminari sancimus infra tempus et tempora dierum sexaginta vtiliũ, et non feriatorum, et inchoandorũ imediate a die porrectæ et factæ petitionis, et libelli. Et quæ tempora auctoritate præsentis statuti intelligantur esse, et sint præfixa ipsi domino Potestati, et eius iudicibus, & instantiæ ipsarum causarum. Volentes & decernentes in huiusmodi causis, ꝙ actor teneatur exhibere suam qualem & qualem petitiõem coram ipso Domino prætore, & seu eius iudicibus. Et ea porrecta teneatur idem actor: seu pro eo legitime intercedens statim legitime doccre de mandato procuratoris vel alterius personæ pro eo legitime comparentis: si per aliũ ipm litigare et cõparere ꝯtigerit. Et ps ꝯuẽta hẽat et hre intelligaẽ ipso iure auctoritate pñtis statuti terminũ q̃tuor dierũ vtiliũ imediate futurorũ a die dictæ ꝑductæ petitiõis ad opponẽdũ qcqd voluerit ꝯtra psonã cõparẽtis, et petitionẽ ꝑductã: et ad rñdendũ ipsi petitioni, si rñdere voluerit, et ad opponẽdum oẽs exceptiões declinatorias dilatorias, peremptorias, anormalas: & cuiusuis generis, quas ꝑponere voluerit, docẽdo etiam cum dictis exceptionibus propositis de mãdato: si p aliũ litigare ꝯtigerit.

Et ex aduerso actor ipso iure habeat, & habere itelligat terminũ duorũ dierũ imedia-te sequentium post dictos quatuor dies ad sumendum copiam, & replicádũ, & op-ponendum contra rei: & pro eo comparentis personam: & exceptiões propositas per ipm reum, & pro eius parte. Et quicquid aliud allegare & ꝓponere voluerit cõ-tra ꝓducta & opposita ꝑ parte rei. Post quos sex dies vtiles numerandos a die produ-ctionis libelli in casu: quo exceptiones: seu replicationes opponi contingat: vel si ip-se reus per se vel alium nil 'opposuerit infra prædictos quatuor dies : tunc lis habea-tur, & sit ipso iure pro legitime contestata: et iurato de calumnia. Et exceptiones, & replicationes: quæ infra dictos terminos fuerint, propositæ intelligantur: & sint ipso iure parti reseruatæ post litem contestatam, vel pro contestata habitam decidédæ & terminandæ, nisi decisæ fuerint per ipsum dñm Prætorem, vel eius indices añ litẽ contestatam, vel pro contestata habitam. Quas quidem exceptiones, & replicatio-nes sic reseruatas, ipse. D. Prætor, seu eius iudices qñcũq; ante sñiam diffinitiuam, vl in ipsa sententia possit & possint decidere. & terminare, postq̃ litem cõtestatam ve-re vel ficte (vt supra dictum est) intelligatur esse, et sit statutus terminus decem dierũ vtilium vtriq; parti ad probandum per testes, et ad ꝓducendum: & exhibendũ om-nia capitula, & intentiones, quæ, et quas quælibet partium exhibere, et producere voluerit in causa. Post vero ipsos decem dies habeat, et habere intelligatur vtraq; ps alios sex dies vtiles ad faciendum deponere testes: et probatum habendum quicqd probare voluerit, et potuerit per testes iuratos in causa, si tñ testes fuerint iurati: alias talis terminus tanq̃ superuacuus omittatur, Quibus terminis elapsis, testes, & ꝓcessus habeantur pro legitime publicatis absq; alio iudicis ministerio, siue partis instantia: nec alia expresse publicatio requiratur. Et post dictam publicatiõem sic factam taci-te vel expresse quelibet partium habere intelligatur, et habeat ipso iure terminũ sex dierum vtilium ad opponendum, et opposita ꝓbandum: et ꝓbatum habendũ in cã. Ad quos testes ciuiliter reprobatorios ex aduerso ciuiliter reprobádũ, et reprobatũ habédum, habeat, et habere intelligatur ipso iure quælibet partium terminum qua-tuor dierum vtilium post dictos sex dies imediate sequẽtium. ¶ In oibus autem cau-sis prædictis, si quæ partium vellet ꝓducere testes existentes, seu quos allegaret, hẽre in alieno territorio, et sub aliena iurisditione, et non sub iurisditione ipsius dñi Pote-statis: et suæ curiæ. Idem. d. Potestas, seu eius iudices (si sibi videbitur) possit et vale-at, et seu possint et valeant ad hoc terminum competentem: suo arbitrio moderan-dum ſm loci distantiam dare. Qui terminus non computetur in termino instantiæ dũmodo illa pars, q̃ ita diceret habere testes in alieno territorio suo iuramento ad-uersa parte pñte, vel citata, asserat, et affirmet se prædicta non ꝓponere in fraudem, seu calumniose, et animo dilatandi iudicium. Et si hmõi petitio inuenta fuerit calũ-niosa, puniatur ipso facto, et sine alio ꝓcessu, et declaratoria in libr. x. boñ. dandis et applicádis cõi Faueñ. Etiam si id per generalem procuratorem, aut alium legitime comparentem in causa petitum fuisset. Et quæ petitio intelligatur calumniosa et ca-calumniose facta: si infra dictum terminum, vt supra præfigendum non fecerit exa-minare aliquos ex dictis testibus: quos in alieno territorio habere ꝓposuerit, et eorũ dicta præsentauerit coram dicto. d. Potestate, seu eius iudicibus, quorũ dicta, et atte-stationes faciant ad causam. Et nihilominus instantia et tempora ipsius causæ cucur-risse intelligantur ad sui præiudiciũ. Post quos terminos, et dilationes quelibet pars habbeat et habere intelligatur ipso iure terminum dierum quatuor vtilium ad ꝓdu-cendum oĩa instr̃a, scripturas, et iura quibus vti voluerit facientia ad causam prædi-ctam. quæ si diceret extra territorium: et iurisditionem ipsius dñi, Prætoris habere. Idem iudex possit, si sibi videbitur, dare eidem dilationem ad id competentem, re-cepto prius dicto iuramento calumniæ. de quo supra. Et quæ dilatio non compu-tetur in terminis instantiæ: vt supra dictum est, etiam de testibus extra territoriũ exa-minandis. Et si infra dictum tempus nil produxerit, seu fecerit: pœnas prædictas in-currat. Et dictis dilationibus, de quibus supra: decursis intelligatur esse : et sit ipso iu-re cõclusum in causa ab vtraq; parte: & statutus terminus quatuor dierũ vtilium ad

allegãdum

allegandum in ea, & ad petendum consilium sapientis:si aliqua partium illud pete re voluerit: seruando tñ formam traditã per aliud statutum nostrum de consilio sa pientis petendo disponens. Addentesq̃, decernẽtes, & statuentes, q̃ actore cãm suã non prosequente per se, vel eius legitimum pcuratorem & intercessorem infra tpa supra declarata, intelligatur ipso iure: etiam absq̃ alia pronũcia: instãtiam hmõi cau sæ ex defectu ipsius actoris desertã eẽ, & ea deserta etiam ipso iure in expensis idem actor cõdemnatus: quas statim dictus Dñs iudex taxare & refici facere aduersæ par ti teneatur. Possit tñ idem iudex pronũciare dictam instantiam desertam: actorem prædictum in expensis condemnando. Omnino tñ idem iudex teneatur compelle re ipsum actorem deserentem ad ipsarum expensarum refectionem & solutionem, si a parte id fuerit petitum, sub pœna lib. xxv. boñ. iudice prædicto negligẽte, vel cõ trafaciente: applicañ. cõi Faueñ. & nihilominus ad interesse parti teneatur. Et quæ tempora, & instantia supra per nos præfixa: non possint in causis modo aliquo pro rogari, nec suspendi, nisi de expresso consensu ipsa℞ partium litigantium. Liceat tñ dicto actori deserenti eius cãm, & eandem actionem: seu aliam quamuis de nouo inchoare & proponere coram eodem Dño ptãte & eius curia, & eam psequi, & ter minari facere infra dicta tempora supra præfixa & declarata, dũmodo aduersæ par ti actualiter dictas expensas primo & ante omnia reficiat, aliter non audiatur mo do aliquo: nisi dictis expensis primo refectis. Declarantes tñ & decernentes: q̃ per prædicta non intendimus in aliquo derogare iurisditioni, & ordinamentis officii custodiæ ciuitatis Faueñ. nec iurisditioni aliorum iudicum a cõi nostro, deputato rum, et deputandorum. Quorum iurisditionem et ordinamenta expresse approba mus, et confirmamus.

De positionibus. Rubrica. VIII.

STatuimus & ordinamus: q̃ si in aliqua causa ciuili, vel mixta productæ fuerint positiones, tũc rñdere debens, & habilis ad rñdendum, si semel fuerit monitus & iussus a iudice: vel semel personaliter citatus, & semel domi ad responden dum huiusmodi positionibus, vel si respondere debentis copia haberi non posset ter citatus ad domum suæ habitationis, si non comparuerit legitime in iudicio, & non respõdiderit dictis positionibus, hmõi positiones ipso iure absq̃ aliqua iudicis p nuncia habeantur p cõfessatis. Et teneatur eas producens productis positionibus, & ea℞ rñsionibus, quã eis rñderi contingerit, soluere notariis actuariis denarios duos p qualibet positione responsionum. Nec ad aliquam solutiõem rñdens de cætero te neatur, non obstante etiam quod aliter esset, vel ex ꝯsuetudine, vel alio statuto ha ctenus obseruatum. Et hoc vt multitudo positionum refrenetur. Et quibus pductis teneatur eas producens, siue sit actor, siue reus pcedere ad citationes præmissas: pro ut opportunum fuerit absq̃ mora p habendo responsiones, & rñdere debẽtes. alias non intelligantur tẽpora instantiæ causæ hmõi stetisse in suspenso, imo ea cucurris se omnino intelligantur. Et vt lites protelandi materia tollatur: sancimus non posse per aliquem siue actorem, siue reum produci, nisi vnica positionum scriptura i quo libet termino probatorio. Et si aliquis positionem aliquam ad causam facientem & dependentem ex facto proprio, seu continentem paternitatem: filiatiõem, agnatio nem, cognatiõem: affinitatẽ vsq̃ ad tertiũ gradum ẽm ius canonicũ, officiales, vel notariatũ (ẽt non credendo) negauerit, & fuerit de mẽdacio legitime cõuictus ab aduersario suo, ipso facto condemnatus sit & esse intelligatur sine alio processu in li bris quinq̃ bonoñ. pro qualibet positione huiusmodi, vt supra, negata, applicandis parti aduersæ pro duabus partibus: & pro reliqua tertia parte iudici causæ, corã quo cã agitatur exigẽti: dũmõ integre exigantur & applicentur, vt supra. Et quas. d. Ptãs, & eius iudices, seu alius ius dicens incõtinenti cũ sibi ꝯstabit hmõi positiõem negatã probatam fuisse per aduersarium, per testes, vel instrumenta: aut per alias legitimas probationes exigere cum effectu teneãtur. Declarantes tñ q̃ post lapsa tempora di

ctarum citationum ad rńdendum positionibus. Et postq̄ dictæ positiões habitæ fuerint pro confessatis, vt supra, teneatur pars, in cuius fauorem dictæ positiões habitæ sint pro confessatis, intimari facere in scriptis eadem die vel sequenti pſonaliter, vel ad domum illi, contra quem tales positiones sunt habitæ pro confessatis: ipsam partem fuisse vicibus interpollatis citatam ad respōdendum dictis positionibus, & eius contumaciā fuisse qualibet vice accusatam: & ipsam fuisse semper contumacem in respondendo dictis positionibus. Et ppterea ipsas positiones vigore pn̄tis statuti habitas fuisse pro cōfessatis. Et possit ille cui facta fuerit dicta intimatio infra alios quatuor dies non computandos in termino probatorio, nec in instātia: comparere coram iudice, & solutis expensis dictæ contumaciæ & intimationis: & nō aliter, rńdere dictis positionibus. Et talis responsio sit & habeatur pro legitime facta. Eo autem aliter non comparente: nec respondente dictæ positiones sint & remaneant pro cōfessatis, vt supra. Liceat tñ ipsi contra quem talis pronunciatio facta fuerit vigore dictarum citationum etiam in causa appellationis a diffinitiua sententia lata post dictam pronunciam & eius vigore, si de iure appellare licebit, probare contrariū eius, quod in dictis positionibus contineretur, cui probationi stari debeat, dicta pronunciatione non obstante.

¶ De appellationibus interponendis. Rub. IX.

STatuimus & ordinamus, ꝙ qñcunq; in aliqua causa ciuili, vel mixta appellari, & de nullitate proponi contingerit a Dño prætore ciuitatis Faueñ. seu eius iudicibus, & a quocunq; alio iudice dictæ ciuitatis, & eius districtus, & ab eius & eorum sententiis tam interlocutoriis q̄ diffinitiuis, appelletur & appellari debeat ad iudicem primaꝝ appellationum ciuitatis Faueñ. in generali consilio eiusdem ciuitatis deputatum: & sen deputandum. Qui iudex in causis huiusmodi appellatiōis & nullitatis dictionis, si appellari contingerit a diffinitiua snia, seruare & sequi teneat constitutiones prouinciales insertas in præsenti volumine statutorum dictæ Ciuitatis. ¶ Sed quia sæpius dubitatum fuit super processibus & modo procedēdi in causis appellationum tam a diffinitiuis q̄ interlocutoriis sententiis, quæ dubitatio oriebatur ex variis cōstitutionibus prouincialibus insertis in volumine statutoꝝ nostrorum: aliis namq; dicentibus, ꝙ tempora ipsarum appellationum tam ab interlocutoriis q̄ a diffinitiuis sententiis & procedendi modus in ipsis obseruetur & obseruari debeat, pro ut & sicut continetur in constitutione posita in sexto libro dictaꝝ cōstitutionum sub Rub. Forma qualiter procedatur in causis tam ante sniam q̄ post, quæ incipit. Sancimus hac constitutione &c. Aliis dicentibus, ꝙ prædicta ꝯstitutio & tempora in ipsa comprehensa sint moderata, & abbreuiata, & emendata per aliā constitutionem Sabinensem sitam in volumine dictarum constitutionum post sextum librum sub Rubrica de tpe prosequendarum & finiendaꝝ appellationum tam in ciuilibus q̄ in criminalibus causis: quæ incipit. Quia per appellationum diffugia. posita in. d. vi. lib. constitutionum imediate post antedictam ꝯstōnem: quæ incipit Statuimus hac ꝯstōne. sub Rub. De appellationibus interponēdis a iudicibus gñalis ꝓuinciæ celeriter &c. Propterea attendentes non tam vtile q̄ necessarium esse super prædictis claram & apertam declarationem, ac determinatiōem facere. Sancimus & declaramus ꝙ dicta prima constitutio quæ incipit. Satuimus. sub dicta Rub. de modo & forma procedendi in causis appellatiōum debeat: vt iacet: inuiolabiliter obseruari in temporibus & modo procedendi, videlicet in omnibus causis appellatiōum, & nullitatis dictionum ab ipsa diffinitiua sententia: vel quæ vim diffinitiuæ sniæ habeat. Saluis tñ casibus infra exceptuatis. In meris vero iterlocutoriis & in casibus comprehensis in dicta sequenti constitutione: quæ incipit. Quia per appellationum diffugia &c. ipsa constitutio & eius dispositio seruetur in casu suo, & in his meris interlocutoriis tm̃, quæ latæ fuerint per quemlibet ex iudicibus, vel arbitris, seu arbitratoribus ciuitatis Faueñ. & in ipsa ciuitate: dum tñ infra octo dies quatuor

non

non feriati in honorem dei intercedant. Si vero hmõi interlocutoriæ fuerint latæ p alios iudices extra ciuitatem Faueñ. deputatos: tales appellatiões habeant tempora vnius mensis continui in ↄstõne vltima Sabinensi cõprehensis. In aliis vero interlocutoriis maioris ponderis, & quæ aliam diffinitiuam non expectant post se, nec reparari speratur, vt est pronuncia super competentia vel incompetentia iudicii, personarum legitimatione, condemnatione, vel absolutione expensarum, ipsarum expensarum taxatione, compromissum esse fiendum, vel non esse fiendum, seu super desertione, absolutione ab obseruatione iudicii, vel pronunciatione cõmissione executionis sdiæ laudi, vel alicuius publici instrumenti, in casibus: in quibus licet pruocare, & in aliis similibus appellans teneatur infra duos menses continuos a die appellatiõis cõnumerandos expediri facere & prosequi infra octo dies continuos modo & forma contentis in dicta ↄstitutione. Sancimus &c. Dum tñ infra dictos octo dies ꝓsecutionis, duo ad minus non feriati intercesserit a die appellationis hmõi. Declarantes et ꝙ in prædictis omnibus & singulis casibus, excepto primo capite appellationis a diffinitiua, possit procedi quolibet die et feriato: dũmõ nõ sit feriatus in honorem dei. Addentes ꝙ dictis tẽporibus elapsis, vel elapso termino dictæ prosecutionis, causa ipsa sit & intelligatur deserta etiam sine alia pronunciatiõe, & deferens in expensis cõdemnari debeat, sicut in prima constitutione fit mentio. Et ꝙ cã deserta omnis nullitas: et deserta intelligatur: ita vt de cætero nulla exceptio nullitatis allegari possit, etiam rõne iudicis incompetentiæ, dũmodo ipsa sententia, seu interlocutoria sit lata per vnum ex iudicibus ordinariis ciuitatis Faueñ. & eius districtus, & ita obseruari volumus: statuimus, & mãdamus. Si vero appellari, & de nullitate ꝓponi insimul contingerit a dicto. D. Iudice primarũ appellationum, tam ab eius sententiis diffinitiuis q̃ interlocutoriis in casibus quibus licet appellare, appelletur, & appellari debeat ad Magnificum. D. Gubernatorem ciuitatis Faueñ. iuxta formam indultorum apostolicorum. Si vero ab aliquo laudo reclamari contigerit, seu de eius nullitate dici, vel reductio ad arbitrium boni viri peti: siue coniunctim: siue diuisim, talis reclamatio, nullitatis dictio, & petitio reductionis prædictæ interponatur ad dñm Potestatem dictæ Ciuitatis: seu ad dictum iudicem dictarum primarum appellationum ad electionem proponẽtis hmõi reclamationem, nullitatis dictiõem: & petitiõem reductionis prædictæ, in quibus casibus & causis seruentur constitutiones prouinciales insertæ in præsenti volumine. Et quæ obseruantur in appellationibus a diffinitiua sententia. & sit præcisum.

De probatione mortis, iurisditionis, & notariatus. Rubrica. X.

Quia ꝓbatiõnũ facultas nõ est angustãda, sed potius ampliãda. Et cũ ↄtingat sæpissime dubitari de morte alicuius. Propterea statuimus & ordinamus ꝙ si fiat positio de morte alicuius, & aduersarius ↄtra quẽ ponit̃ negauerit illũ mortuũ esse, & infra. x. dies sequẽtes imediate post dictã positionẽ negatã non ꝓbet̃ illũ, de cuius morte ponit̃ viuere. Si ꝓbet̃ famã publicã esse in ciuitate: seu comitatu, aut districtu Faueñ. seu in loco in quo mortuus asserit̃ illũ mortuũ esse, & ꝓ mortuo haberi, sufficiat, & ꝓ plena ꝓbatione habeatur, dũmodo talis fama ꝓbetur per quinq; testes idoneos. Idemq; seruet̃, si neget̃ aliquem fuisse iudicem vel officialem cõis Faueñ. Si vero ꝓbari ↄtigerit aliquẽ fuisse notariũ dictæ ciuitatis: & seu districtus: tũc sufficiat ꝓbatio per famã publicã ꝓbandã per quinq; testes, vt supra, cũ ꝓductione matriculæ collegii notarioꝝ dictæ ciuitatis: seu eius districtus: in qua talis de quo dubitatur sit, & appareat descriptus pro notario, seu per ostensionem priuilegii notariatus, quo ad notarios districtuales tantum.

Qualiter: & qũo peti & cõcedi debeat cõsilium sapientis. Rubrica. XI.

Statuimus & ordinamus: ꝙ si aliquis principalis, seu eius ꝓcurator, tutor, vel curator, aut alter cuius interest in aliqua cã tam ordinaria q̃ delegata, vel extraor/

dinaria pendente coram quocũq; iur dicente in ciuitate Faueñ. siue ordinarie: aut extraordinarie ꝓcedi contingat cõsilium sapientis in causa petierit/ante litem contestatam: vel post in quacũq; parte iudicii: tunc iudex corã quo dicta cã pendet/teneat ad petitionem dictæ partis cõmittere consilio sapientis partibus non suspecto in ciuitate Faueñ. nisi altera partium allegaret omnes Doctores dictæ ciuitatis sibi suspectos ex cã legitima iuramento dictæ partis probanda, si per se litigauerit. Alias ꝓbari debeat ipsa suspitio tam principalis iuramento ꝙ procuratoris, curatoris, aut actoris. nisi principalis esset pupillus, quo casu solũ tutoris sufficiat iuramẽtũ. Et ipsa cõmissione facta teneatur iudex, coram quo infra tps per ipsum statuendum, cogere partes ad deponendum salarium consultoris, & pñtare scripturas iudici per ipsum consultori mittendas. Quibus habitis ipse iudex omnes dictas scripturas vna cũ puncto inclusas destinare teneatur, aut assignare ipsi consultori simul cum salario. Et si contingat partes super puncto non concordare, tunc iudex petat sibi cõsuli qd iuris super toto processu, & illud loco puncti sufficiat. Nec concedi possit extra ciuitatẽ Faueñ. nisi sũma de qua litigatur excedat quantitatem lib. quinquaginta boñ. aut sit sup re eiusdem valoris, & nisi super diffinitiua agatur. Super emergentibus vero: seu interlocutoriis meris intra ciuitatem tñ concedi debeat, & non extra. Non possit tñ iudex elligere consultorem tam intra ꝙ extra ciuitatem, nisi prius datis cõfidentibus ab vtraq; parte, & si non concordauerint in vno ex confidentibus datis, tũc ptes debeãt dare suspectos, q nõ excedãt numeꝝ decẽ ꝑ ꝗlibet pte extra ciuitatẽ. In ciuitate vero tres tñ ꝑ qualibet parte. nec dari possit tota vna ciuitas vbi vigeat studiũ gñale ꝑ suspecta: sed singulares ꝑsonæ tñ illius ciuitatis. Reliq vero itelligantꝰ ꝯfidẽtes, & elligi possint. Et salarium consultoris in ciuitate eẽ intelligatur duoꝝ florenoꝝ ad plus. Extra vero ciuitatẽ: sex florenoꝝ auri, & plus, & minus arbitrio iudicis. Et reddito dicto cõsilio iudex ipm aperire teneatur in pñtia partium, vel ipsis citatis & nõ cõpareotibus, & illud sequi teneatur contradictiõe partiũ, vel alterius nõ obstante. Teneaturq; iudex statim aperto ꝯsilio facere parti ꝑ qua cõsultũ fuerit cõtra alterã, partem salarii restitui, quam ipsa soluit, ab alia parte: cõtra quã ꝯsiliũ redditũ fuerit, nisi ex forma cõsilii aliud appareat, & hoc ẽt snia nõdum lata. Et si post primã cõmissionẽ in ciuitate factã aliqua partiũ petat, ꝙ vnus alius sapiens adiungatur assumpto, tũc talis petẽs audiatꝰ, oibus tñ sumptibus suis, & alius sapiẽs neutri partiũ suspectus elligatur, quæ suspitio solo iuramẽto probetꝰ, & ipsis discordantibus iudex causæ sit tertius, & tunc ꝯsiliũ iudicis ꝯcordãtis cũ vno ex eis teneantur sequi. Verũ tñ vbi pars cõtra quã per aperturã ꝯsilii ꝯsultum apparuerit, peteret dictum ꝯsiliũ reformari, tũc & eo casu oibus sũptibus, & laboribus dicti petẽtis reformationẽ, dictus iudex dictã reformationẽ ꝯcedere teneatur extra ciuitatẽ in loco vbi vigeat studiũ generale, & cõmittere alicui doctori partibus nõ suspecto, & ꝯsiliũ talis doctoris reformaotis sequi debeat: si sit ꝯfirmatoriũ primi. Alias possit peti & cõcedi alia reformatio: expẽsis tñ petentis. Et vbi duo consilia insimul sapientũ ꝯcordauerint vlterius nõ liceat petere aliam reformationem, stante conformitate duoꝝ ꝯsultorũ locoꝝ, vbi vigeat studium generale reformatum in eadem instantia.

¶ Si agatur personali vel reali actione: quõ procedatur cõtra ꝯtumaces. Ru. XII.

SI agatur personali actione contra aliquem, & ille legitime citatus fuerit in iudicio, & non comparuerit: iudex causæ ad petitionem actoris libello per eum in iudicio porrecto ꝓnuociet actorem fore mittendum, & ita mitti mandet in tenutam, & possessionem ex primo decreto bonorum rei conuenti pro mensura debiti in libro declarati: & pro expensis legitimis: primo mobilium, secũdo imobiliũ, tertio noium debitoꝝ, quæ teouta ea data & accepta scribi debeat p notariũ actuarium dicti iudicis in actis: & idẽ iudex cõmittat & cõmittere teneatꝰ dcm̃ reũ ꝯuentũ citari ad cõparẽdũ corã eo infra. x. dies ex tunc ꝓxime sequẽtes ad reluendũ dictã tenutã: aut eã cassari faciendũ, qbus. x. diebus ellapsis si idẽ reus, nõ cõparuerit, & tenutam

tam hmōi nō reluerit, aut cassari eā non fecerit: vel alia persona ipsi tenutæ se ltime nō opposuerit: tūc cōmittanſ per ipm iudicē: & per vnū ex nunciis publicis cōis Fa. fiat ꝓclamatio, & subastatio ad tribunal ipsius iudicis alta voce: ipsoq; iudice sedēte ꝓ tribunali, & ius reddēte. Et assigneſ in hmōi ꝓclamatione & subastatiōe terminus triū dieꝝ, tam ipsi reo, q̄ cuilibet alii ad cōparendū corā ipso. D. iudice, & se opponēdū ipsi tenutæ, & eā cassari faciendū: seu eā emendandū, & p̄ciū offerendū. Quo termino elapso cōmittaſ per eūdem iudicē alia ꝓclamatio, & subastatio, & eā fiat p vnū ex dictis nūciis in scalis pallatii cōis Faueñ. residētiæ ipsius. d. iudicis tenoris: & ꝯtinētiæ p̄dictæ, & in ea assigneſ terminus. v. dieꝝ. Quo termino elapso per ipm iudicē cōmittanſ fieri, & fiant per duos diuersos nuncios denūciationes ipsi reo debitori personaliter, si poterit inueniri. Alias fiant ad domū eius solitæ habitatiōis, si habitationē haberet, vel hēe ꝯsueuit in ciuitate Faueñ. seu eius comitatu, alioqn fiat dicta denunciatio bis diuersis diebus ad arrengheriā cōis: & per p̄conē cōis Faueñ. vt ipsam tenutā reluat infra tertiā diē secuturā. Quibus tribus diebus elapsis iudex causæ vocare faciat æstimatores cōis Fa. & sub vinculo eoꝝ iuramenti faciat res i tenutā acceptas per dictos æstimatores app̄ciari, & æstimari: & s̄m eoꝝ declarationē & æstimationē eas insolutū ex secūdo decreto adiudicet ipsi actori, tā ꝓ sorte principali: q̄ ꝓ expensis ltime factis: eū ꝯstituēdo possessorē hmōi bonoꝝ cōmittēdo & faciēdo ipm actorem induci in possessionē eoꝝ per vnum ex dictis nunciis, facta tñ prius fide ltima ipsi iudici per dictū actorē de eius credito petito, vel per publicā scripturā aut rei ꝯfessionem, seu per testes, vel alias legitimas ꝓbationes, quas ꝓbationes idem iudex recipere possit ēt lite nō ꝯtestata. Verūtū elapsis dictis terminis, & facta dictoꝝ æstimatoꝝ declaratione, & æstimatione, & eius relatione in actis causæ, & sui crediti liqdatione, sit in ipsius creditoris electione, ante dictā adiudicationē, insolutū bona hmōi vendere, vel facere ea sibi insolutū assignari & adiudicari. Nō possit tñ eā vendere, nisi fiat primo per p̄conē publicum vnica subastatio ad arrengheriā cōis cū termino triū dieꝝ per quā significetur dicta bona esse venalia: & tali p̄cio æstimata, & q̄d plus offerenti dabunſ. Quo termino elapso alio nō cōparēte, et maius p̄ciū nō offerēte: liceat creditori ea vēdere cui voluerit ꝓ dicto p̄cio apposito & declarato p dictos æstimatores: & nō ꝓ minori, vel ea sibi: vt supra: isolutū adiudicari faceſ. Dictæ tñ solēnitates nō vēdicēt sibi locū in causis libr. x. boñ. vel abinde infra. Sed i eis ꝓcedaſ iudicis arbitrio: dūmō bona in tenutā accepta p dictos æstimatores app̄cienſ, ipso tñ reo ad id prius ltime citato. Sinaūt reali actiōe agaſ, tunc reo ltime citato, & ꝯtumace, petitioneq; porrecta per actorē, & super ea iuramēto calumniæ p dñm Iudicem cāæ recepto, & in actis causæ redacto, Iudex ꝓnunciet actorem mittēdum esse, & ita imiti mandet in actualem possessionem rei petitæ. Qua imissiōe facta cōmittatur per. d. Iudicem causæ notificari dictā imissiōem per vnū ex dictis nūciis reo conuento. Et elapsis. xv. diebus a diæ dictæ imissionis & notificationis ipso reo aliter nō cōparente, actor fructus: & redditus dictæ tenutæ lucreſ, & dictis. xv. diebus elapsis fiat vna ꝓclamatio per vnū ex dictis nunciis ad tribunal dicti iudicis cum termino trium dieꝝ, tā de illo contra quem ꝓcedītur, q̄ de aliis qbuscunq;, qui haberent, vel p̄tenderent ius hēe in re petita ad cōparendum corā ipso iudice ad opponendū se dictæ tenutæ. Et ad oñdēdū de iure suo, declarādo ipsius tenutæ loca: latera, cōfines, & q̄litatē. Et quibus tribus diebus elapsis fiat alia similis ꝓclamatio per vnū ex dictis nunciis alta, & p̄conia voce icōuicinia habitatiōis rei conuenti in ciuitate Faueñ. vel in eius districtu, si in ipsis locis: vel eoꝝ altero habitationē hēe inueniatur. Quaꝝ ꝓclamationū cōmissiones, & relationes nuncii scriptæ inueniant, vel saltē subscriptæ i actis cāæ manu notarii actuarii tribunalis. d. iudicis. Si vero dictus reus tunc nō habitaret in ciuitate Faueñ. vel eius districtu, tunc dicta vltima ꝓclamatio fiat ad arrengheriā cōis per p̄conē alta voce: sono tubæ p̄misso. Et si nullus infra hmōi terminum cōparuerit, idem actor cōstituatur verus possessor. Et idē reus amplius super possessione dictæ rei nō audiatur. Sed si reus tā in personali q̄ reali actione comparuerit in terminis supradictis añ sñiam secundi decreti in personali actio

ne, & in reali anteq̃ actor constituatur verus possessor, & voluerit litigare, tunc au/
diatur ipse reus, dūmodo primo reficiat expensas legitimas dicto actori suæ cōtuma
ciæ: & idoneæ satisdet de iudicio sisti, & iudicatum soluēdo, & tunc talis tenuta cas
set: & in cā ꝓcedatur ſm formam iuris, & statutoꝝ Faueñ. Si aūt alius contradictor
apparuerit in dictis terminis, siue reali: siue personali, seu mixta actione agatur, & pe
tat talem tenutā datā reuocari, seu infringi, aut aliter se apponat dictæ tenutæ, dicē/
do se rem ipsam possidere, audiatur, si pponat, & demū infra breuē dilationem sibi
arbitrio iudicis statuendam ꝓbet dictam rem possedisse tpe dictæ acceptæ tenutæ.
Si aūt simpliciter diceret se possidere, seu aliud ius hēe in ipsa tenuta, tunc nō audiat
sed super ipsa tenuta ꝓcedatur, tali cōtradictione & oppositione nō obstante, reser/
uato tñ illi omni suo iure in ordinario iudicio, cui iuri p̃iudicium aliquod non fiat:
nec factum fuisse intelligatur p ꝓcessum ad vlteriora in dicta tenuta. ¶ Declarantes
tñ: ꝙ in personali actione reo, vt supra, ꝯtumace existente liceat dicto actori vti via
ꝑsonalis capturæ, si actor maluerit & petierit vsq; ad integrā satisfactionē debiti &
expēsarum. Possit tñ dictus debitor detentus & carceratus assignare eius bona in so
lutum dicto creditori ꝓ quantitate debita, & expensis, qua in solutum datione facta
idem reus relapsari debeat, nisi fuerit captus & detentus vigore executiōis publicæ
scripturæ, aut vltimæ voluntatis, seu sniæ: vel laudi, arbitrii, vel arbitramēti: quibus
casibus talis bonoꝝ oblatio: seu in solutum datio facta: inuito actore dicto reo in ali
quo nō oppituleť, sed oīno ad actualē solutionē q̃titatis debitæ, & expēsaꝝ cōpellať.

¶ De executione sniæ laudi, arbitrii, seu arbitramēti ꝯfessionū, & p̃ceptoꝝ. R. XIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ quælibet sententia lata per quemcūq; iudicem cō/
petentem, & iurisditionem hñtem, qñcunq;, & qūocunq; transitum fecerit in
rem indicatam, exequatur, & executioni mandeť, et ipsius sniæ executio fiat p
iudicem illius officii, a quo fuerit lata. Dūmodo per iudicē causæ appellationis: seu
nullitatis: talis sententia non fuerit infirmata, vel nulla declarata. Quæ executio fiat
sūmarie, & de plano: sine strepitu: & figura iudicii, leuato velo, & nulla solemnitate
seruata, ēt tpe feriato, p̃terq̃ in honorem dei. Citatis tñ illis: contra quos talis senten
tia exequenda foret, seu exequi peteret ad ꝯtradiceñ. quare ipsa snia nō debeat exe/
cutioni mandari. Et ꝙ cessante huiusmodi contradictione talis snia exequatur, & execu/
tioni mandetur realiter & personaliter, & in bonis debitoris: seu ꝯdemnati, vel eius
heredū, de quibus creditor, seu habens sniam pro se, vel cām ab eo maluerit, seruato
tñ ordine iuris quo ad bona capienda, pro ut infra. Possitq; talis creditor, seu habēs
sniam, vel ius, & cām ab eo auctoritate iudiciali, tenutam bonoꝝ hmōi ingredi, &
acqrere, & talē debitorem: seu cōdemnatū, aut eius hẽdes capi, & detineri facere in
carceribus cōis Faueñ. vsq; ad integram satisfactionem debiti: & ꝯtentorum in sen/
tentia. Nec exinde relapsentur, donec creditori, seu habenti sententiam pro se fuerit
integre satisfactum de contentis in tali sententia, & de expensis factis, & quæ fierent
occasionibus p̃dictis, ita ꝙ vna via electa: alteri non p̃iudicetur. Sed vtraq;, & quæ
libet eaꝝ simul, & tam coniunctim q̃ diuisim intentari possit, omittendo vnam, &
redeūdo ad aliam, & econtra: semel, & pluries, & totiens quotiens creditori, & pro
se sententiam habenti placuerit, donec integre fuerit satisfactum creditori. Dummō
in aliquo casuum prædictorū, vel infrascriptorum nullus septuagenarius, pupillus,
furiosus, vel mentecaptus, seu mulier, vel heres talis debitoris, vel condemnati, cui
cōpetat beneficium inuentarii a se, vel eius nomine legitime facti: seu quicunq; ali/
us intuitu & respectu personæ, vel gradus specialiter, quo ad hoc de iure, vel ex for/
ma alicuius statuti imunis, & priuilegiatus, personaliter capi: vel detineri nō possit:
nisi talis mulier eēt caupona: tabernaria, vel hospitatrix, meretrix, vel læna. ¶ In rea
libus aūt actionibus, vel in rem scriptis, seu mixtis, rem persequentibus, & actiōibus
ex testō ad rem tradendam, seu dimittendam: fiat executio, & missio in possessionē
rei petitæ, & in aliis bonis rei pro expensis causæ. Et cōpellatur reus oīno rem trade

re, seu

re, seu restituere, si rē ipsam possideat, & ab eo manu militari auferat, & victori tradatur, siue restituatur: etiam si cōdemnatus, vel obligatus pstare voluerit interesse. Eo aūt casu, quo in bonis executio fieret, si cōtradictor alius q̄ debitor, vel p eo veniens compareat & contradicat. Idem cōtradictor audiatur, si doceat de sua actuali possessione, vitio tū litigiosi non affecta. Eo aūt de tali possessione non docente pcedatur ad executionem penitam tali ɔtradictione non obstante, iuribus ipsius contradictoris reseruatis examinādis & terminandis in ordinario iudicio, qbus iuribus dicti ɔtradictoris per dictam executionem nullum p̄iudiciū fiat. ¶ In personali vero actiōe actor volēs mittat i possessionē bonoꝝ rei ɔdēnati p mēsura debiti petiti, & p expēsis: in qbus bonis actor maluerit, dūmō obseruetur ordo iuris. s. primo mobilium, secūdo imobilium, tertio noium debitoꝝ, ita tū q si qua debita: seu noia debitoꝝ debitoris sic ɔdemnati ltime appareāt, possint & debeant petente creditore, vel alio pro eo in solutum sibi dari: etiam nulla facta excussione alioꝝ quorūcunq bonoꝝ vsq ad integrā satisfactionē p̄dictoꝝ: q̄tenus talia noia sufficerēt in p̄dictis. Et quatenus non sufficerent, accipere possit alia bona dicti rei cōdemnati suprascripto ordine seruato vsq ad integram satisfactionem debiti in sn̄ia comprehēsi: & expensarum, & in casu euictionis ius suum saluū remaneat creditori, qua in solutū datione facta in totum, si debitor detentus fuerit, relapsetur, vel si quid deest, tunc demum cum eidem de residuo fuerit satisfactum. Si vero in iurisditione iudicis exequentis nō reperirentur facultates, & bona dicti rei, seu condemnati, in quibus satisfiat creditori, & bona essent in territorio alterius iudicis, tūc requiratur iudex: in cuius territorio dicta bona reperirentur, vt in dictis bonis dicta sententia exequatur sm̄ formam iuris. In personali actione: si infra. x. dies a die imissionis dictus reus, vel ɔdemnatus non reluerit dictam tenutam, & non satisfecerit creditori de debito, & expensis in sententia comprehensis, tunc reo ltime citato non comparente: vel cōparente, & opposita per eum a iure permissa infra. x. dies vtiles nō pbante, tunc mittantur per iudicem causæ æstimatores cōis cum iuramenti delatione ad æstimādū dictam tenutam, seu res acceptas in tenutam. Et facta dicta æstimatione & relatiōe in actis causæ, sit in ellectione actoris & creditoris, an velit dicta bona vēdere pro dicta æstimatione: vel facere sibi adiudicari in solutum pro dicta æstimatiōe & expensis. Et non possit dictus creditor dictas res vendere: nec eas in solutum recipere nisi primo facta, & p̄missa vnica subastatione cum termino trium dieꝝ, quæ fiat ad arrengheriam per preconem cōis: & sic facta, intimet in scriptis saltem semel p nuncium cōis reo personaliter, vel ad domum habitationis dicti rei, seu in qua solitus erat habitare, si habitationem habet, vel habere cōsueuit: alioquin fiat dicta subastatio bis diuersis diebus ad dictam arrengheriam per preconem cōis, absq alia intimatione. quo termino elapso procedatur in p̄dictis, vt supra dictum est. Et q oia & singula prædicta similiter seruent, & locum habeāt in executiōibus laudi, arbitrii: siue arbitramenti: siue compromissum fuerit cum pœna vel sine: dūmodo de compromisso & laudo appareant publicæ scripturæ: Ita q decursis decem diebus a die eius pmulgationis, & scientiæ, si a laudo, arbitrio: seu arbitramento hmōi non fuerit q̄relatum: prouocatum, & petitum reduci ad arbitrium boni viri, vel etiam vbi contigerit querelari, prouocari, & peti reductionem huiusmodi: finita, seu deserta causa querelæ prouocationis & petitionis reductiōis prædictarum, nisi in casu quo p iudicem causæ querele prouocationis: & petitionis reductiōis huiusmodi dictum laudum: arbitrium, seu arbitramētum infirmatum fuisset, siue declaratum nullum: illud exequatur, & executioni mandetur per iudicem ordinarium cōmunis Faueñ. in omnibus, & per omnia, p ut supra dictum est de sententia per iudicem competētem: & iurisditionem habentem lata. Et idem etiam seruetur, & fiat in executiōe cuiuslibet legitime confessionis iudicialis factæ per aliquem debitorem, & præcepti cuilibet debitori in iudicio legitime confesso facti per aliquem ex iudicibus, vel officialibus cōmunis Fauentiæ de ciuilibus causis cognoscentibus: vel etiam vbi per aliquem ex tabelliōibus, seu notariis in matricula, siue in ordine notariorum dictæ

ciuitatis descriptum, & matriculatum factum appareret aliquod præceptum alicui debitori ꝯfitenti de soluendo debitum in instrumento publico contentum: ita ꝗ præcepta huiusmodi valeant, teneant: & habeant robur, & executionem. Et decur/so termino ad soluendum præfixo exequi possint: & excutioni mandari in omni/bus, & per omnia ſm formam præsentis statuti, & pro ut supra de sententiis, & lau/dis exequendis prouisum fuit. ¶ Addentes, & statuentes, ꝗ Dominus Potestas, & q libet ex iudicibus, & officialibus cōis Fa. de causis ciuilibus cognoscētibus possint & debeant ad requisitionem & instantiam cuiuscunq;, cuius intersit oēs & ꝗscūq; sen/tentias, et præcepta latas, et facta per quoscunq; massarios, seu officiales societatum et vniuersitatum artium ciuitatis Fauentiæ, seu alicuius earum: quæ per ipsarum so/cietatum, vel vniuersitatum, statuta, seu prouisiones, et ordinamenta executionem merentur, exequi, et executioni mandare in personis: rebus, et nominibus debitorū modo et forma. Et in omnibus, ac per omnia, ꝓut supra in præsenti statuto de aliis sententiis, seu præceptis statutum est, et prouisum.

¶ De fructibus æstimandis. Rubrica. XIIII.

ITem statuimus & ordinamus, ꝗ si quis ægerit in futurum reali actione cōtra ali quem, ꝗ oblato libello per actorem contra reum iudex ad petitiōem actoris te/neatur eligere duos bonos viros, & legales homines, vel æstimatores cōmunis: qui videant fructus in re petita existentes, & ipsos fructus, & ipsoꝝ valorem: & quan titatem eoꝝ sacramento faciat æstimari q̄ñcunq;, & quotienscunq; ab eo fuerit po stulatum: & ſm æstimationem prædictam compellatur reus ad restitutionem ipso rum fructuum, si contingat ipsum reum ad restitutionem rei petitæ, & fructuū con demnari, nisi a dicta condemnatione legitime appelletur.

¶ De compromissis fiendis inter coniunctos, & qualiter, & q̄ñ fieri debeāt. R. XV.

STatuimus & ordinamus, ꝗ q̄ñcunq; verteretur: vel esset lis: q̄stio, seu cōtrouer sia aliqua ciuilis in iudicio, siue extra inter ascendentes vel descendētes, seu fra/tres, & sorores, vel aliquos fratrum, vel sororū filios vel filias, seu patruos, auū/culos, amitas & materteras, nepotes & neptes, & vsq; ad quartum gradum iuris ca/no. inclusiue. Et inter maritū & vxorē: soceꝝ & genereꝝ, & nurū & ꝓnurū, & inter vi/tricū & priuignum, seu nouercā & priuignū, & inter quoscunq; agnatos & cogna tos vsq; ad dictum quartū gradū, et dissoluta affinitate. Ciues tñ, aut habitatores ciui tatis Fa. seu eius comitatus & districtus, Tunc Potestas: & alii ius dicentes dictæ ciui/tatis quandocunq; fuerint requisiti, ante tñ publicationem processus causæ, tenean tur & debeant ad petitionem cuiuscunq;, cuius interest, exposita tamen prius queri monia, cogere & compellere ipsas partes, inter quas talis lis: quæstio, & controuer sia foret, opportunis iuris remediis exceptione aliqua non obstāte, nisi solum rei iu/dicatæ: vel finitæ, quam proponens infra tempus a iudice statuendum probare te neat: & ꝓbatū habuisse teneatur, ad compromittēdum se inter dictas partes de dicta lite, questione: vel controuersia in duos propinquos ex parentela masculina ipsorū litigantium, videlicet elligendo vnum pro qualibet parte, & illis nō extātibus, duos ex linea fœminina. Ipsis autem non existentibus, duos bonos viros discretos, & lega les, qui partes cognoscant: & eoꝝ prædecessores cognouerint, ita tñ ꝗ illi in quos debet fieri compromissum, sint ciues, aut habitantes in ciuitate Fauē. vel districtu. Quod arbitri: seu arbitratores sūmarie: simpliciter, sine strepitu & figura iudicii: & sola facti veritate inspecta possint & valeant de illa lite, quæstione, & controuersia, seu dependentibus & cōnexis, & emergētibus ab eisdem: seu aliqua ipsarum cogno scere & terminare de iure & de facto sine aliqua iuris solemnitate, & pro ut eis & eo rum conscientiis videbitur & placuerit, quolibet loco & tempore feriato & non fe riato et in honore dei partibus p̄ntibus vel absentibus, citatis & non citatis, etiā si in

cōpromisso

compromisso de hoc specialiter prouisum non esset. Et si semel factum fuerit compromissum de mādato. D. Ptātis, seu alterius ius dicentis, & si semel vel pluries fuerit ꝓrogatum, & tp̄a ipsius cōpromissi expirauerint: & laudatū nō extiterit, possint, & teneant̄ dictus. D. potestas, & alii ius dicentes vna parte instante alteram remediis iuris opportunis compellere ad faciēdum iterato aliud cōpromissum in eosdē vel diuersos arbitros: vel arbitratores: ita ꝙ vltra bis cogi nō possint, & tales arbitri: seu arbitratores sic electi compellant̄ iuris remediis ad acceptādū dictū cōpromissum. Quod si in laudo ferēdo dicti cōpromissarii fuerint discordes, tūc partes elligere tertiū cogant̄, datis hinc inde ter ꝯfidētibus nō minus decē ꝓ q̄libet parte & vice. Et ipsis non cōcordantibus, iudex corā quo cā agitat̄, ipsum tertium elligat extra numerum suspectorum a partibus datorum, qui suspecti dari non possint vltra numerum decem pro qualibet parte. Et illud quod per eos: vel duos ex eis, aut maiorem partē ellectorum, quādo essent plures, iudicatum fuerit, ratum habeatur: & exequatur, nisi ab eo reclamatum, & reductio ad arbitriū boni viri legitime petita fuerit. Declarantes insuper, ꝙ vbi in compromisso tempus aliquod appositum non fuerit, ꝙ instantia talis compromissi intelligatur esse & sit duorum mensium & non vltra. Et prædicta locum habeant tam in masculis q̄ in fœminis, etiam in minoribus: dūmodo non sint minores quatuordecim annoꝝ: qui compromittere nō cogātur, licet aduersarios suos per se vel suoꝝ tutoꝝ ꝑsona mediāte ad huiusmodi cōpromissum compellere valeant. Et dn̄s Potestas possit cogere ipsos arbitros ad laudandum sub pœna arbitrio ipsius domini Potestatis imponēda.

¶ Q. d' credatur relationi bannitorum & nunciorum. Rubrica. XVI.

Credatur etiam vni soli bānitori, vel nūcio cōis Faueñ. vbi vnus solus reqrat̄. de citationibus: mulctis, pignoribus, ꝓclamatiōibus, subastatiōibus, & oibus aliis relationibus: q̄ reperirent̄ ei cōmissas fuisse p quēcūq; officialem: seu ius dicentem in ciuitate Faueñ. dūmodo de cōmissione appareat publica scriptura manu notarii deputati ad illud offm̄, ad qd' cōmissio facta est: de qua cōmissiōe sufficiat apparere p assertionē notarii actuarii vere vel ꝑsumptiue, nisi ꝓbatio in ꝯtrariū fuerit solēniter facta: qa ēt ꝯtra publicū instrm̄ ꝓbatio in ꝯtrarium admittatur.

¶ De alienationibus obligationibus minoꝝ nō fiendis sine decreto. Rub. XVII.

Statuimus & ordinamus, ꝙ quom multi minores tp̄ibus ꝑteritis, p ut experiētia docuit, dilapidauerint, & consumpserint bona sua tam ludo q̄ seductiōibus, & blanditiis, ac ipsoꝝ fragilitate & facilitate inducti & circūuēti: ad ꝑdicta in posteꝝ euitāda. De cætero nulli puberi, mari vel fœminæ minori .xxv. annis liceat vēdere, alienare quouis titulo aliq̄ sua bona maxime imobilia: nec de eis ꝯtractum aliquē facere, vel q̄si, aut donare, renūciare, cedere: seu aliquo titulo inter viuos distrahere, nec ēt se: vel bona sua obligare, nec p alio fideiubere: seu alii se obligare in aliquo ꝯtractu, nec ēt distractiōe. Nisi ꝑdicta vēditio, alienatio, distractio, fideiussio, obligatio, donatio, renūciatio, & cessio, siue ꝯtractus celebret̄ in pallatio cōis Faueñ. corā vno ex iudicibus dicti cōis Faueñ. ad id deputato: & cū iterpositiōe decreti vnius ex supradictis iudicibus: qui iudex suū decretum, siue auctoritatem i prædictis, seu aliquo prædictorum non debeat, nec possit interponere sine causæ cognitione: vt supra in statuto in primo libro posito sub Rubrica .xxi. & sine præsentia; & cōsensu curatoris ipsius minoris ad negocia solemniter constituti: et vnius ex ꝓpinquioribus agnatis, & ipsis agnatis non existentibus vnius ex cognatis illius puberis contrahentis asserentium cū iuramento eandem alienationem, obligationē: siue ꝯtractū, seu distractū expedire: vel vtilem fore ipsi minori. Et si idem minor nō hēret hmōi curatorem, tunc in præsentia dictoꝝ ex proximioribus agnatis existentibus: alias ex cognatis ipsius minoris iurantium eodem modo qui sint maiores annorum trigin

ta: & videantur discreti iudici auctoritatem, sive decretum interponēti, & qui possideant imobilia sub iurisditione civitatis Faveñ. affirmantium simili modo: ut supra dictum est. Et illis deficientibus duobus ex vicinis divitibus: & discretis illius minoris contrahentis, afferentibus eandem alienationem: obligationem, sive contractum, seu distractum expedire, vel utilem fore ipsi minori, semper tñ cum ipsorū iuramento. Et si aliter contra, vel præter hoc statutum factum fuerit: non valeat, nec teneat ipso iure. Et q nullus notarius audeat conficere aliquod instrm alicuius obligationis, contractus, distractus, donationis, renunciationis, cessionis, seu fideiussiōis: per quod aliquis de prædictis minoribus, vel bona sua in aliquo obligent alicui, vel alienentur, nisi prædicta forma, & solemnitas fuerit observata: poena notario cōtrafacienti pro qualibet vice .xxv. lib. boñ. Et omne iuramentum præstitum in tali cōtractu, vel quasi, obligatione: alienatione: distractu: donatione, renūciatione, cessione: fideiussione, ab aliquo minore non servata forma & solēnitate præsentis statuti præsumatur & fingatur: ac censeatur vi dolo, fraude, metu: & circunventione extortum. Et nihilominus contrahens cum tali minore contra formam superius annotatam puniatur ipso facto in libris quinquaginta bonoñ. cōmuni Faventiæ applicandis pro qualibet vice, nisi talis cōtractus & obligatio dicto minori utilis & expediēs fuerit. Salvo q si aliqua puella minor vellet aliquem contractum, vel obligatiōem facere cum quacunq; persona, etiam cum alio minore, possit fieri in quolibet loco honesto, etiam extra pallatium, in præsentia tamen, & cum decreto unius ex iudicibus cōmunis prædictis, causæ tamen cognitione semper, ut supra, interveniente, & cum præsentia, consensu, & iuramento curatoris, vel proximorum contrahentis, pro ut superius expressum fuit. Liceat tamen minoribus supradictis sine solemnitate huiusmodi matrimonia contrahere: & dotem recipere, & promittere, seu dare, & pro iis se obligare, ultimas voluntates condere. Et prædicta solemnitas non intelligatur in iudiciis, sed in ipsis possint esse ipsi minores fm formam iuris & statutorū civitatis Faventiæ, nec etiam in his minoribus, qui ratione alicuius officii, qd habe rent, obligarentur cōmuni Faveñ. tacite vel expresse. Nec in his minoribus qui haberent patrem, vel avum paternum. In quorum alienationibus, & obligationibus sufficiat auctoritas, sive consensus patris, vel avi paterni. Et etiam sine prædicta solemnitate possint se obligare: locando se & suas operas, & locando, vel conducēdo domum: vel alia quæ conduci, vel locari de iure possunt, dūm non ultra unū annum.

¶ De tenuta rei alienæ sciēter non danda per debitorem creditori. Rub. XVIII.

Statuimus & ordinamus, q nullus debitor ex quacūq cā, possit: audeat, vel debeat dare tenutam, vel pignus rei alienæ: vel ab alio possessæ suo creditori sciēter eam assignando, seu dando ut propriam. Et talis debitor sic dans, & assignās tenutā, seu pignus. hmōi ꝯdemnet in libr. xxv. boñ. ipso facto cōi Faveñ. applicañ. Et hoc nisi ipse creditor sciret dictam rem esse alienā, vel ab altero possessam.

¶ De viribus, ꝓbatiōe, & effectu confessionis extraiudicialis. Rubrica. XIX.

Item statuimus & ordinamus, q cōfessio facta extra iudicium absente parte quibuscūq de causis, & emanata super quantitate lib. v. vel abinde infra, vel super re eiusdē valoris, si probata fuerit per unū testem omni exceptione maiorem cū iuramēto actoris iurātis de veritate dicti debiti, admittatur, & eādē ꝓbationē faciat quā faceret si facta esset parte pñte & acceptante. Si vero emanaverit super quantitate excedente summam librarū quinq usq ad quantitatem lib. xxv. boñ. inclusive, seu super re eiusdem valoris: tunc talis cōfessio probetur per duos testes omni exceptione maiores. Si vero facta fuerit super quantitate, vel re excedente quantitatem, vel valorem lib. xxv. usq ad sūmam lib. centum boñ. inclusive, tunc ꝓbetur per tres testes idoneos. Si aūt talis confessio facta fuerit de & super quantitate excedente summam

mam lib. centum usq; ad quantitatem lib. trecentum boñ. inclusiue: uel sup re eiusdem valoris. Tunc hmõi cõfessio ꝓbari debeat per quatuor testes oi exceptione maiores. Abinde vero supra ꝓbetur ad minus per quinq; testes oi exceptione maiores. Talis tñ cõfessio in oibus casibus p̃dictis roboret & firmetur iuraméto partis eidem deferendo super veritate ꝯtentoꝝ in dicta cõfessione. Et in oibus & singulis casibus p̃dictis eundem effectum habeat talis ꝯfessio sic ꝓbata, quẽ habet & haberet ꝯfessio facta parte p̃nte & acceptante. Prædicta tñ non vendicent sibi locũ in aliqua cõfessione extraiudiciali facta, seu emanata in fauorem alicuius iudei vel vsurarii, aut cãm habentis ab eis.

¶ Qualiter procedi debeat ad venditionem pignoris. Rubrica. XX.

SI debitor rem mobilem creditori suo in pignus assignauerit, & velit eam ꝓ sui crediti satisfactione vendere, tũc iudex ad petitionem creditoris præcipere debeat debitori personaliter, vel domi, aut alias legitime, ꝙ infra .x. dies pignus illud reluat, & ipso debitore illud infra dictũ terminũ non reluente liceat creditori ipsum pignus cui voluerit plus tñ offerenti vendere, & talis venditio valeat: nec Ifringi possit, dũmodo debitori denuncietur personaliter, vel domi: ꝙ veniat ad videndum pignus hmõi vendi. Et si cõparuerit: tunc per creditorẽ vendatur plus offerenti absq; alia æstimatoꝝ appreciatione. Si vero nõ cõparuerit, tũc adhibeanẽ æstimatores: & fm coꝝ æstimationẽ dictum pignus vel vendatur, aut creditori in solutum relaxetur, quæ solemnitas cesset in pignoribus valoris lib. trium boñ. Et abinde infra. In quoꝝ venditione ꝓcedatur iuxta iudicantis arbitrium. Nec audiatur talis debitor volens rem recuperare, & debitum soluere: vel allegans dictam venditionem non fuisse factam iusto p̃cio. Et siquid superesset ex precio dicti pignoris: debitori restituatur. Si vero minori precio vendatur q̃ sit quantitas debita, ius illæsum reseruetur dicto creditori petendi & cõsequendi a dicto suo debitore id quod defecerit.

¶ De feriis: & diebus feriatis. Rubrica. XXI.

STatuimus & ordinamus, ꝙ oi die reddatur ius in ciuilibus causis in ciuitate Fauen. per oẽs iudices iurisditionẽ h̃ntes, exceptis diebus dñicis: & infrascriptis diebus, & festiuitatibus, qui sint feriati, & pro feriatis habeantur: videlicet. Dies natiuitatis Dñi nostri cum quatuor diebus ꝓcedentibus, & omnibus diebus sequẽtibus vsq; ad diem Epiphaniæ inclusiue. Dies festiuitatis sanctoꝝ Antonii, Sebastiani. & vltimis diebus iouis, lunæ, & Martis carnisp̃riuii. Et dies prima q̃dragesimæ. Et q̃libet dies quadrãgesimæ ante nonã: quo tpe quadragesimæ reddatur ius post nonã. Dies conuersionis. S. Pauli. S. P. Damiani. S. Ioseph. S. Gregorii. S. Benedicti. Dies Paschatis resurrectionis Domini cum septem præcedentibus: & septem subsequentibus Dies rogationum quarumcunq; tam solẽnium q̃ repentinarum. Solemnium tñ per totam diem, & repentinarum de Mañ. tñ. Ascensionis Dñi. Dies penthecostes cum duobus sequentibus. Dies solẽnitatis corporis Dñi. Dies inuentionis sanctæ Crucis. Dies festiuitatũ oĩum virginis Mariæ. Et festiuitatũ oĩum Apłoꝝ, et Euãgelistaꝝ, & q̃tuor Doctoꝝ. Et q̃libet dies festiuitatũ sanctoꝝ, & sanctaꝝ, sub quoꝝ vocabulo ecclesia, seu capella nuncupaẽ: & constructa est in ciuitate Faueñ. vel suburbiis. Et dies. S. Georgii. S. Bernabæ. S. Petri cœlestini. Natiuitatis. S. Io. Baptistæ, & decolatiõis. S. M. Magdalenæ. S. Apollinaris. S. Petri ad vincula. S. Dñici. &. S. Thomæ de aquno. S. Nico. de tolẽtino. S. Frãcisci. S. Antoni patauini. S. Rochi. Dies oĩum Scõrũ, ac dies defunctoꝝ. S. Martini. S. katerinæ virginis & mar. Luciæ virginis. S. Sauini. S. Syluestri. Et tpe messiũ inchoãdo in & a die natiuitatis. S. Io. Baptistæ, & finiẽdo in die assumptionis Beatæ Virginis: & tpe vindemiaꝝ: quod tp̃s incipiat & finiat fm deliberationem faciendam super ipsis vindemiis per generale ꝯsilium Faueñ. Et q̃libet dies Sabbati post nonã. Possit tñ, & debeat ius reddi in causis executionũ publici instri: sniarũ, vltimaꝝ voluntatũ laudi: arbitrii, vel arbitraméti, & in causis nõ ex

cedentibus sūmam lib. xx v. boñ. seu in causis agitandis sup re dictum valorem nō ex cedente, & in causis in quibus petitur reintegratio possessionis rei mobilis vel imo bilis, & seu vbi agitur de momentanea possessiōe, & in aliis casibus expresse permis/ sis a iure communi, seu ex forma statutorum dictæ ciuitatis dictis feriis messium, & vindemiarum non obstantibus. Et idem obseruetur in quæstiōibus mercedis, & sa lariorum: & in qōnibus quæ orirent ex venditione alicuius rei mobilis, & super pactis initis inter dños & laboratores. Possint tñ executiones publici instři sniarū, vltimarum voluntatum laudi, arbitrii, & arbitramenti fieri ēt tpe feriarū dictarum messium: & vin demiarum, & debitores quoscūq; ptumaces: cōfessos, vel quictos detineri, excepto tpe vindemiarum, quo tpe durante: eorum personæ sint tutæ. Et si dies citationis, vel termi ni dati per aliquem ex iudicibus dñi ptātis: vel cōis caderet in diem feriatā, tūc dies proxime sequens non feriata, habeatur pro die citationis & termini.

De his qui promiserint aliquid pro cōi Fauentiæ. Rubrica. XXII.

Ordinamus: q quicūq; de ciuitate Faueñ. vel districtu, vel aliunde aliquo tē pore inqetabit, vel molestabitur occasione debiti, vel pmissionis, quod & quā diceret esse factū vel factam in seruitio cōis Faueñ. vel in fauorē, & seu ad instantiam dicti cōis, vel alia quacunq; cā p ipso cōi in fauorem dicti cōis modo aliquo, vel igenio. Prædicti tales, vel eius heredes, qui molestabunt, vel inqetabunt ab aliquo ciue vel forensi quacūq; de causa pro ipso cōi modo aliquo, vel ingenio defendantur, & manuteneantur indemnes expensis dicti cōis. Et potestas obseruare teneatur, pœna centum librarum auferenda de eius salario pro qualibet vice. Et præ dicta locum habeant in præteritis, psentibus, & futuris.

Quod Ptās, & qlibet ius dicēs teneāt dare aduocatū & procursm petēti. R. XXIII.

Statuimus ac ordinamus, q Ptās, & alius quilibet ius dicēs, coram quibus qstio esset, teneant dare aduocatum, & pcursm petēti vnū ex doctoribus, & causidicis Faueñ. qui petitus fuerit, & seu petiti fuerint, qui patrocinium pstare cogat, & seu cogantur iusto pcio: vel salario. Et hoc intelligatur in aduocatis, & causidicis: q pecunia soliti sunt patrocinari in causis, & ita cogantur pœna arbitrio iudi cis impo nenda, nisi ipsi aduocatus: & pcurator reqsiti iustam cām habuerint recusationis.

De donis condecentibus. Rubrica. XXIIII.

Insuper, statuimus & ordinamus: q quom alias inoleuerit abusio, vt dona cōdc cētia, q pmittunt vltra dotes: esse intelligerent iuxta qtitatem tertiæ partis dotis datæ: pmissæ, vel legatæ. Attendētes fortc: q tūc dos cōiter nō excedebat sūmā lib. quadringētarum boñ. Quom aūt nunc dotes multū auctæ fuerint. Eapp statuimus & ordinamus: ac declaramus, vt de cætero dona hmōi intelligant esse, & sint quin ta pars dotis datæ, pmissæ, vel legatæ: & nō vltra. Inter q volumus cōputari oīa bo na mobilia, q ipsa mulier habuerit tpe quo ducitur vndecūq; prouenerint. Non ob stante q aliter hactenus fuerit ex antiqua consuetudine obseruatum.

De dotibus mulierum, & qliter de ipsis disponi possit & debeat soluto mřimonio. Rubrica. XXV.

Statuimus & ordinamus, q quicunq; de ciuitate, comitatu, & districtu Faueñ. se sepit vxorem, eāq; desponsauerit, & ad domum traduxerit, dictaq; vxor pdecesserit sine cōibus: vel cum cōibus liberis, q ex dote data: seu pmissa a dicta sua vxo re: seu ab alio p ea viro suo, aut alteri p eo: seu ēt dictæ vxori cōstituta inter viuos, aut legata quouis titulo in qualibet vltima voluntate, q medietatē hmōi dotis lucretur. & lucrari debeat talis maritus: quam retinere possit qū dotē pcepit. Et si nōdum tam

tũ, vel eius partẽ habuerit, hẽat actiones, & ius petendi dictã medietatẽ, vel q̃ ad eam defuerit vigore & auctoritate pñtis statuti ꝯtra quoscunq; ad hmõi dotẽ obligatos, nõ obstantibus ẽt aliqua vltima voluntate: seu alia dispõne, aut qbuscunq; clausulis: seu capitulis aliter vel in cõtrarium disponẽte & disponentibus. Idq; obseruet, & obseruari debeat tam in primo q̃ in aliis qbuscũq; mrimoniis: ẽt si tali mulieri decedẽti supeßent filii, vnus, vel plures ex alio mrimonio, nõ obstãte ẽt q̃ a iure, & maxĩe ex dispõne. l. hac edictali. C. de secundis nuptiis. aliter & cõtrariũ disponaẽ. Et q̃ dicta mulier nõ possit de dicta dimidia dotis pdictæ, nec inter viuos, nec in vltima volũtate mõ aliquo, aut quouis iure disponere. Nec ẽt pf dictæ mulieris, aut filii: fratres, patruus, nepos, vel alii qui stipulati fuerint hmõi dotem in totum: vel in partẽ sibi restitui, seu ad quẽ, vel ad quos dictæ mulieris hẽditas, seu dos pdicta ex testõ, vel ab intestato: aut ex quouis contractu, seu ẽt ex stipulatione de iure spectaret, aliquã molestiam dicto viro, vel eius hẽdibus, vel ei qui dotẽ noie dicti viri accepisset sup dicta dimidiã: aut super actionibus pdictis pro ea consequenda, inferre possint. Sed dimidia dotis pdictæ ad dictum viꝝ superstitem remaneat, & peti, & exigi possit cãu quo soluta nõdum fuisset. Et si aliq̃s de his, ad quos hẽditas, successio, actio: vel ius dictæ mulieris, seu dotis pdictæ spectaret, tam ex testõ, seu quauis vltima voluntate, seu stipulatione, aut ꝯtractu aliquo super dicta dimidia, seu super dictis actionibus molestiã, & cõtrouersiã eidẽ viro, aut filiis hẽdibus: vel successoribus suis inferat mõ aliquo corã quocũq; iudice: incidat ipso iure in pœnam lib. L. boñ. applicañ. eidẽ marito: vel eius hẽdibus. Quæ oĩa ẽt obseruenẽ, non obstãte q̃ per instrm publicum ẽt iuramento roboratũ, vel alio mõ appareret ipm virũ sub q̃cunq; verboꝝ forma in receptione dictæ dotis pmisisse dotẽ integrã restituere in casu eius restõnis: nisi i dicto instrõ, & in tali pmissione fuerit per ipm viꝝ huic statuto & eius bñficio elare expsse, & ex certa scia renũciatum. Expẽsæ tñ funeris dictæ vxoris prædefunctæ fieri debeant cõiter ex dicta dotæ, quã dimidiã sic per dcm viꝝ lucratam. Idem maritus nõ possit in aliũ trãsferre, nec iter viuos, nec in vltima volũtate: sed eã filiis eius dẽ mrimõii masculis, si masculi supsint, & si nõ supsint filiabus seruare teneaẽ. Et si eã in totũ: vel in partẽ alienauerit: vel aliter disposuerit, q̃ supra dcm sit, talis cõtractus, dispositio, & alienatio sint nullius roboris, & momẽti: & p ipsos liberos recuperari possit, quibus nõ extãtibus idẽ maritus de dicta dimidia disponere libere possit & valeat, & eã in quoscũq; transferre. Et pñtis statuti dispositio locũ habeat, & obseruet in mrimoniis dotibus, & casibus præteritis, præsentibus, & futuris.

De bñficio statuti denegãdo viro: q vxorẽ maritali affectu nõ tenuerit, & ecõtra. Rubrica. XXVI.

Statuimus & ordinamus, q̃ qcũq; de ciuitate, comitatu, vel districtu Faueñ. vxorẽ in domo nõ tenuerit, & eã maritali affectu nõ tractauerit, dimidiã dotis dictæ suæ vxoris, nec aliqd bñficiũ statuti ꝓxime pcedentis ꝯsequaẽ, nisi ipsa vxor se a viro inuito seperauerit. Et ecõuerso, si vxor viꝝ vxorali affectu nõ tractauerit, inhoneste viuẽdo, vel adulteriũ cõmittẽdo, seu viro inuito vagãdo, ipsa dotẽ perdat, & vir eã lucreẽ. Et ad hæc oia pbanda sufficiat fama per quinq; testes idoneos pbata.

Qualiter descendentes ab intestato succedant. Rub. XXVII.

Statuimus & ordinamus, q̃ cuicũq; ab intestato decedẽti succedãt filii masculi, vel ex eis nepotes: & deinceps descẽdẽtes masculi ex eis, & ad eos hereditas vniuersa ptineat. Exclusis penitus filiabus: vel ex filiis neptibus, & ex eis deinceps descẽdentibus masculis, vel fœminis. Teneanẽ tñ tales sic succedentes ipsas filias, vel ex filiis neptes, nuptas vel innuptas vsq; ad traductionẽ ad domum viri tenere, decẽter alere, ac earum curam agere, & ipsas innuptas debito tempore matrimoniis copulaẽ, cum ea dote quam attentis facultatibus, ac sui & agnatorum dignitate, communi etiam obseruantia, & consuetudine, iudex cum consilio duorum ex propin/

quioribus declarauerit conuenire, & tunc nec mulier, nec ab ea causam habens in dicta hereditate, aliquid aliud petere possit, sed penitus, & omnino sit exclusa, vt supra. Sed si spretis præmissis: mulier incongruæ ab ipsis succedentibus, & ipsam excludentibus nupta fuerit, & dotata: possit tunc ipsa congruæ dotis supplementum solum vsq ad quantitatem legitimę: quæ eidem de iure cõi debebatur. Quo habito nec fructus, quicq̃ve aliud petere possit. Prædicta &t obseruari volumus, si mulier nõ nubat, sed relligionem intret: aliamve honestam elligat vitam. Declarantes & volẽtes: q̃ si seculares clerici soli, vel cum aliis masculis agnatis supersint tali defuncto, tunc ad successionem admittantur, & dictas fœminas, vt supra, excludãt, dumtamẽ hmõi successionem conseruent aliis agnatis masculis gradu ꝓximioribus, nec eam alienare valeant, seu possint, quouis titulo, nec inter viuos, nec in vltima volũtate. Sed omnis contractus, alienatio, seu vltima voluntas aliter facta, sint ipso iure nullius roboris, vel momenti. Si autem extent relligiosi claustrales, beneficio talis statuti & alioꝝ statutorũ cõis Faueñ. de successiõibus disponentiũ, nullatenus gaudeant. Sed ſm iuris cõis dispõnem succedant. Quam declarationẽ volumus, ac statuimus militare, & procedere, & obseruari in omnibus & singulis casibus, ac successionibus quomodocunq per quæuis statuta ciuitatis Faueñ. dictis clericis delatis seu deferendis, quæ qĩa locum hẽe volumus in p̃sentis, præteritis, & futuris.

¶ Quod mulieres dotatæ a patre & ab aliis ascendentibus non possint petere legitimæ, seu dotis supplementum. Rubrica. XXVIII.

ITem ordinamus & statuimus, q̃ filiæ nuptæ, & aliæ mulieres dotatæ a patre auo, seu alio ascendente: & earum heredes non possint petere supplementum legitimæ: seu dotis, vel alterius portiõis, quæ etiam iure naturæ deberetur, a filiis aut descendentibus masculis ex linea masculina, heredibus tñ dotantium ipsas, sed contentæ esse debeant dote eis data ꝓmissa inter viuos: seu relicta quouis titulo in vltima voluntate a dictis earum ascendentibus. Et prædicta locum habeãt, &t si post dotationem, promissionem, vel legatum huiusmodi auctæ fuerint facultates dotantis, vel diminutus fuerit filiorum numerus. Talis tñ mulier, vt supra, dotata, allatur decenter vsq ad eius traductionem ad domum viri ex redditibus bonoꝝ & hẽditatis dicti dotantis. Et hoc statutũ sit p̃cisum, & locũ hẽat tã in p̃teritis q̃ in p̃ñtibus & futuris.

¶ De bonis maternis. Rubrica. XXIX.

INsuper statuimus ac ordinamus, q̃ vbicunq decesserit aliqua mulier ab intestato filiũ hñs: vel nepotẽ, seu p̃nepotẽ ex filio vnũ, vel plures: filiã fœminã vnã, vel plures, & seu descẽdẽtes quoscũq ex filia fœmina. Q. d' hẽditas vniuersa talis mulieris sic decedẽtis spectet & pertineat, seu spectare & ptinere debeat ad hmõi filios & seu descendentes masculos ex eis: exclusis penitus fœminis supradictis. seu descendẽtibus quibuscũq ex eis, reseruata tñ eis legitima iure cõmuni, seu naturæ sibi debita in bonis & hereditate huiusmodi.

¶ De successiõibus ascẽdẽtiũ & trãsuersaliũ ab intestato delatis. Rubr. XXX.

CVpiẽtes agnatiões ꝯseruari & augeri. Hac p̃nti lege in ꝑpetuũ valitura decernimus, statuimus: & ordinamus, Matrẽ, auũ maternũ, auiã, amitã, materterã, sororẽ, neptẽ, mulierẽ aliquã: & alios &t masculos defuncto cõiunctos per lineã maternã, seu fœmininã, aut ex ipsis mulieribus, vel ab aliqua eaꝝ descendentes: & quolibet eidẽ defuncto dictis mulieribus mediãtibus attinentes nõ posse ab intestato mõ aliquo succedere filio: filiæ, fratri: sorori, nepoti, nepti, & deinceps habenti patrem: auum paternum: fratrẽ, seu fratres vtrinq, vel ex latere patris tantum coniunctos, patruum, etiam magnum vnum vel plures, fratres: patrueles, seu alios agnatos masculos

tos masculos per rectam lineã masculinã defuncto attinentes: & coniunctos vsq; ad quartum gradũ inclusiue cõputandũ ſm ius canonicũ. Possint tñ talis mater, & aliæ mulieres: & alii pdicti: vt supra, exclusi, & exclusæ a dictã successione, petere, & hře libras. x. boñ. tm̃ p quolibet centenario valoris hẽditatis dicti defuncti, seu defunctoꝝ, quæ sint, & esse intelligantur p omni legitima, q̃ ẽt iure naturæ sibi deberet, & p oĩ iure, qꝫ cõpeteret talibus mulieribus, & aliis sic exclusis, ita qꝫ nil vltra hře possint. Sed ois via successionis ab intestato eis, & eoꝝ cuilibet sit pclusa. Quæ tñ decẽ p cẽtenario: de qbus supra diuidant inter dictas psonas exclusas æqualiter, si plures excludant. Si aũt vnus tm̃, eidem soli assignent, ita qꝫ ẽt si plures sint a tali successiõe exclusi, nõ possint hře, nec cõsequi nisi dictas libr. x. p quolibet centenario inter eos diuidẽdas, vt supra. Et pdicta ẽt locũ habeant & obseruentur in eo, q nedũ ab intestato, sed q ẽt intestabilis decesserit. Addentes tñ, & volentes, ac statuentes, qꝫ si aliq̃ mulier agnationis, & cognationis dicti defuncti, a cuius successione vigore pñtis legis: & statuti sit exclusa, seu excludi contigerit, & sit paup, & indotata, nec extent bona alicuius in qbus possit, vel debeat dotari. Tũc talis mulier sic exclusa possit petere se dotari in & de bonis talis personæ defunctæ, a cuius successiõe: vt supra: excludit, & tali dote cõtenta stare debeat, nec aliud de bonis hereditatis dicti defuncti, nec ẽt dictas libr. decem pro cẽtenario, de quibus supra petere possit. Sed omnino sit exclusa: præterq̃ a petitione dictæ dotis. & sit præcisum.

ℭ Quod hereditas non addita transmittatur. Rubrica. XXXI.

NE ob defectum additionis cõtingat cõtra decedentiũ votũ hereditates applicari, qꝫ sæpe cõtingere: experientia reꝝ magistra docuit. Statuimus & ordinamus, qꝫ delata cuicunq; ẽt ignoranti hẽditate: tã ex testõ, q̃ ab intestato, si cõtingat eum añ dictæ hẽditatis additionem decedere ad talis decedentis heredem eã ptinere hereditatem: perinde ac si talis decedens ipsam adiuisset. Declarantes idem seruari debere in fideicõmisso purificato, & tali qui per decedẽtem acceptari potuisset, & peti.

ℭ Q. d' tenuta cõcessa nõ occupet, vel quouis mõ ipediat. Ru. XXXII.

STatuimus & ordinamus, qꝫ cõcessa quouis mõ, parte ltimc tñ citata p iudicẽ, vel debitorẽ creditori tenuta mobiliũ aliquoꝝ, vel imobiliũ nihil in re tali per debitorẽ: vel aliũ ab eo cãm hñtem post dictæ tenutæ cõcessionẽ innouet, vel fiat per quod ius creditoris in aliquo deterius fiat sub pœna solid. v. boñ. pro qualibet libra, si debitum fuerit a. x. lib. vel abinde infra. Si vero debitũ fuerit a. x. libris boñ. supra sol. tres pro qualibet libra. Et nihilominus tenuta creditori libera: ac expedita dimittatur, & oia in integrum: pristinumq; statum reducantur, nisi quatenus de creditoris tenutam hñtis pcesserit volũtate. Et qcunq; qui post cõcessionẽ dictæ tenutæ rẽ ipsam detinere: possidere, vel occupare quouis titulo cœperit pcepto iudicis pœna h infra. x. dieꝝ terminum desistere & recedere oĩ semota exceptione cogatur.

ℭ Qualiter quis rem p executorẽ sibi assignatã restituere cogat. Rub. XXXIII.

SI de re mobili fiat quouis modo executio liceat nuncio, vel executori absq; spãli iudicis cõmissione, rem ipsam cuicunq; idoneo assignare, q postmodum ad oẽm instantiã, & reqsitionẽ ipsius nuncii, aut creditoris, vel ẽt ipsius debitoris, post solutionem tñ compellatur sine scriptis: & omni prorsus iuris solẽnitate omissa ad ipsius rei assignatæ restitutionem: & reconsignationem in ciuitate Fauentiæ, mulcta indicta captis pignoribus, ac etiam carceratione. Et si qua super qualitate vel quantitate rei assignatæ inter nuncium vel executorem, ac eum cui assignatæ res dicerentur, controuersia orietur relationi talis nuncii cum dicto vnius testis idonei credatur.

¶ Qualiter procedatur in nominibus acceptis in tenutam. Rubrica. XXXIIII.

SI nuncius iuerit ad dandam tenutam, & referat se non inuenire de rebus mobilibus vel imobilibus debitoris. Sed creditor dicat aliquem esse debitorem debitoris sui. Tūc iudex ad petitionem creditoris faciat illum talem citari, ꝙ coram eo compareat. Et si venerit & confessus fuerit se esse debitorem. Tunc iudex det illud nomen in tenutam creditori præfato. Si vero negauerit se esse debitorem, vel non venerit. Tunc iudex statuat illi creditori terminum octo dierum, vel plurium, si sibi videbitur, ad probandum, ꝙ ille citatus sit debitor debitoris sui, & se esse creditorem. Quibus probationibus factis det iudex ipsi creditori nomen in tenutam pro debito & expensis vsq; ad cōcurrentem quantitatem. Quibus sic peractis, & elapsis decem diebus, & nullus legitimus comparuerit contradictor. Tunc iudex denunciari faciat per vnum ex nunciis cōis Faueñ. illi debitori, cōtra cuius debitorem ꝓcedatur, ꝙ infra sextam diem coram ipso iudice compareat obiecturus quicqd vult: uel eidem creditori de suo credito satisfaciat, ꝙ si non venerit, seu nihil iuridicū infra dictum terminum opposuerit: compellatur dictus debitor, cuius nomen acceptū fuerit ꝓ tenuta, incontinenti dare, & soluere quantitatem in dicta tenuta contentā, & expensas illi creditori: si intantum fuerit debitor. alias quātitatem, in qua debitor est, soluere compellatur, nisi terminum haberet a creditore suo, vel a iure ad soluendum: quo casu terminus ille sibi seruetur.

¶ Qualiter excussio fieri debeat. Rubrica. XXXV.

SI nuncius missus ad dandum tenutam creditori, referat se nihil inuenire, qđ capi possit sine controuersia de bonis debitoris, & creditor velit agere hypothecarie contra alium, seu alios possessores. Faciat citari illos, cōtra quos vult agere: ꝙ veniant ad docendum de bonis debitoris. Et si non venerint citati ſm formā statutorum loquentium de forma citationū: iubemus, sine aliqua alia pronunciatione viam apertam esse hypothecariæ actioni, & agi posse contra possessores bonoꝝ obligatorum. Si vero venerint: assignet eis iudex terminū octo dieꝝ: infra quem ꝓbent res esse in bonis debitoris, quæ possideantur per alios: & quæ sine cōtrouersia capi possint. Quo probato, creditor contra illa bona ꝓcedere possit. Si vero in bonis debitoris infra dictum terminum nil ostenderet esse, quod non possideatur per alios: vel quod sine controuersia capi possit, Tunc iudex aduersario pñte: vel saltem legitime citato pronunciet non inueniri de bonis debitoris, quæ sine controuersia capi possint, & excussionem legitime factam esse, & tūc agi possit hypothecaria, & auocari possit ipsa res petita per hypothecariā per solam ꝓbationem obligationis, & ꝙ ipsa res fuerit in bonis debitoris, siue per ipsum possessa tempore obligationis, vel post. Et sic facta habeat ꝓ legitima excussiōe, & ipsi excussioni amplius opponi non possit. Et idem ordo & modus obseruetur in omnibus aliis casibus, in quibus de iure excussio fieri deberet.

¶ Quod facta in iudicio pro filio familias non possint infringi. Rub. XXXVI.

ORdinamus & statuimus: ꝙ ea quæ facta sunt in iudicio, seu processibus corā quocunq; iudice pro filio familias ad eius fauorem, valeant, nec possint infringi modo aliquo, ex eo: qđ diceretur esse in patria potestate. Nam patriā potestatem filiis prodesse volumus, non autem obesse.

¶ De possessionibus terminandis. Rubrica. XXXVII.

PRo vtilitate hominum ciuitatis: & districtus Faueñ. controuersias qualscunq; super confinibus terrarum, & possessionum, amputare volentes. Statuimus &

mandamus

mandamus, ꝙ in ponendis terminandisq; confinibus inter quoscunq; vicinos, instrumentis acquisitionum existentibus: antiquiora præualeant: & prius adimpleantur instrumenta. Si aũt instra non existant questio talis confinium per duos bonæ conditionis & famæ ex vicinioribus & antiquioribus decidatur, saluo tñ iure, cuiusq; in dominio. Et prædicta ad petitionem cuiusq; conquerentis cõmittantur: & fiant, ac sũmarie, simpliciter, & de plano sine strepitu & figura iudicii procedatur.

Quod ei cuius noĩe stipulat, actio sine cessione acquiratur. Rubrica. XXXVIII.

STatuimus & ordinamus, ꝙ siquis stipuletur, acquirat, vel aliquem cõtractũ faciat nomine alterius. Illi tali cuius nomine stipulatio, cõtractus, vel, acquisitio fieret: eo vel eius herede, ratum habẽte: in omnibus & per omnia habeatur, acquratur, & sit: ac si ipse idem cuius nomine fuit stipulatum acquisitum: vel contractũ in propria persona id fecerit: ita ꝙ nulla cessio requiratur, sed absq; ea agere libere possit & valeat: & locum habeat in præteritis, præsentibus, & futuris.

Quod creditor instrumentum obligationis post solutionem cancellare, teneatur. Rubrica. XXXIX.

SI creditor instrumentum pignoris, vel alterius cuiuscunq; debiti: seu obligationis habuerit, & ipsum pignus non restituerit, & eius instrm debitori, postq̃ debitor ei satisfecerit de debito, & postq̃ requisitus fuerit a debitore vt instrm debiti annullet, non cancellauerit: seu annullauerit infra tertiam diem postq̃ requisitus fuerit: iudex cogere debeat creditorem ad conficiendum instrm liberationis, & finis debitori de debito & obligatione prædictis, pœna dicto creditori solid. v. bon. pro qualibet libra quantitatis debitæ. Et restituat debitori expensas quas fecerit litigando super hoc pro habenda dicta liberatione. Et prædicta fiant summarie sine strepitu & figura iudicii: & de facto.

De pœna petentis debitum solutum. Rubrica. XL.

STatuimus si quis petierit debitum solutum, & ille a quo peteretur dixerit se soluisse debitum totum vel partem: vel aliter creditori esse satisfactum. Iudex statuat terminum. x. dierum vtilium, infra quem terminum legitime probare possit se soluisse, vel satisfecisse tali creditori. Quod si ꝓbauerit de toto vel parte, iudex coram quo questio tractaretur, teneatur auferre petẽti duplum eius, quod solutum esse probatum fuerit nomine pœnæ summarie sine strepitu & figura iudicii: & sine aliqua accusatiõe in scriptis redacta, aliquali tñ querela ab inquietato proposita: cuius pœnæ, medietas sit cõis Fauen. alia inquietati. Si vero nõ ꝓbauerit se soluisse debitum creditori, compellatur ipse debitor ad solutionem debiti & expensarum. Et hoc intelligatur in principalibus personis tñ & non in heredibus.

De pœna non soluentis debitum. Rubrica. XLI.

QVicunq; debuerit pecuniam alicui, vel aliquid aliud dare, vel facere, sub pœna: & non soluerit: dederit, vel fecerit ad diem statutum in ꝓmissiõe contractus, vel obligationis: siue aliquo instrumento, vel infra vnũ mẽsem denunciatione facta ei a creditore vbi dies nõ esset apposita, possit creditor petere pœnam: si sua interesse probauerit & non vltra. Et non intelligatur præsens statutum nisi in principalibus personis, quæ debita contraxerunt, vel nisi probatũ sit successores habuisse notitiam debiti prælibati.

Quomodo pater conueniatur pro debito filii. Rubrica. XLII.

Pater possit conueniri pro debito facto a filiis, vel nepotibus suo consensu, vel mandato, & ipse filius vel nepos possit conueniri, quemadmodum posset pater pro debito sibi cõtracto voluntate & consensu eius, & etiam possit conueniri filiusfamilias, si publice mercetur tanq̃ esset paterfamilias. Et possit filiusfamilias qui habitaret seorsum a patre esse in iudicio sine patris consensu. Et idem intelligatur in nepote ex filio.

¶ De patribus prodigis, & dilapidatoribus. Rubrica. XLIII.

Statuimus & ordinamus, q̃ pater dilapidator bonoꝝ suorum teneatur emancipare filios suos vnum vel plures, & dare eis vel ei in premium emancipationis dimidium ad minus bonorum suorum. Si vero talibus filiis vel filiabus obuenerit hereditas materna, vel alicuius consanguinei ex latere matris: vel aliunde aduentitia, quæ bona pater dilapidet: vel dilapidauerit hactenus in emancipatione filioꝝ suorum: bona huiusmodi integre restituere teneatur, etiam sine retentione vsufructus. Et si bona ipsa, vel aliquid ex eis alienasset loco talium bonorum alienatorum filiis & filiabus suis tantundem de suo restituere teneatur, ac debeat, si habet vnde, & si non habeat: filius & quilibet alius descendens, etiam si alienationi consenserit, possit bona sua a quolibet recuperare: non obstante patria potestate. Et iudex teneatur hoc facere fieri postquam fuerit requisitus infra octo dies.

¶ De instrumento fraudulenter facto. Rubrica. XLIIII.

Item statuimus & ordinamus, q̃ nullus ex instrumento, seu contractu, & obligatione, vi, metu, dolo, seu fraude celebrato aliquid petere, vel quoquo mõ exigere possit aliqua ratione, qui contrafecerit incidat in pœnam centum librarum boñ. cõmuni Faueñ. ipso facto applicandam.

¶ Qualiter ad petitionem fideiussionis cõueniat ille ꝑ quo fideiussit. Rub. XLV.

Item statuimus & ordinamus pro euidenti vtilitate cõis, & populi ciuitatis Faueñ. Et vt partium parcatur laboribus & expensis: q̃ si aliquis de ciuitate vel districtu Faueñ. fideiusserit, vel alias se pro aliquo obligauerit ad aliquam quantitatem pecuniæ, vel rem aliquam soluendam: vel ad aliquid aliud dandum vel faciẽdum, & quantitatem, vel rem illam soluerit, vel quid aliud dederit vel fecerit, q̃. d. Potestas ciuitatis Faueñ. vel eius Vicarius, vel iudex, vel quilibet ex iudicibus ordinariis cõis Faueñ. qui additus fuerit, præcise teneatur & debeat ad petitionem huiusmodi obligati: vel qui quantitatem, vel rem illam soluisset, vel quid aliud dedisset vel fecisset ex tali fideiussione: vel obligatione, vel sui heredis, vel qui ab eo, seu ab eis causam haberet illum talem pro quo fideiusserit, vel se sic obligauerit, & eius heredes, vel successores, dũmodo pupillarem ætatem excesserint capi & detineri facere in pallatio, vel in carceribus cõis ad voluntatem huiusmodi creditoris & eius heredum, vel ab eo, seu ab eis causam habentis. Et in dicto pallatio, vel carceribus tã diu detentum & captum detinere & detineri facere donec integraliter soluerit & satisfecerit huiusmodi fideiussori seu promissori de quantitate seu re soluta: & de expẽsis, damno, & interesse. Et illud seruetur & fiat ad petitionem cuiuscunq; ciuis, vel districtualis ciuitatis Fauẽtiæ, qui fideiusserit vel fideiubebit: seu se alias obligauerit vel obligabit in futurum pro aliqua ꝑsona: & elapsus sit terminus solutionis, vel vbi terminus non sit appositus diu steterit in obligatione, vel etiam ante qñcunq; illa persona pro qua sic fideiusserit, vel se obligauerit, vergerit, vel cœperit vergere ad inopiam, vel aliter male vteretur substantia sua quam faceret tempore talis fideiussiõis vel obligationis, & velit esse securus, & conseruari indemnis ab huiusmodi fideiussione & obligatione: & non possit talis persona pro qua sic fideiusserit, vel alias se

obligauerit

obligauerit de dicto pallatio, seu carceribus relapsari, nisi prius ipsum fideiussorem, vel promissorem liberauerit a dicta fideiussione & obligatione, & ipsum ab oibus expensis, damnis, ac interesse indemnem conseruauerit, seu idonee satisdederit eidem soluendo creditori ad terminum, & de conseruando ipsum fideiussorem ac pmissorem indemnem a fideiussione & obligatione prædictis, & nihilominus possit & debeat dictus dñs Potestas, & alius quilibet ius dicens in dicta ciuitate requisitus ad volũtatem eius qui sic fideiusserit, seu pro alio se obligauerit dare ei tenutam de bonis eius, pro quo, seu ad cuius petitionem sic fideiusserit, vel se obligauerit: & ea bona adiudicare: & ei insolutum dare sm̃ æstimationem fiendam per æstimatores cõis vsq; ad integram satisfactionem sortis damnorum, expensarum, ac interesse. Et casu quo copia talis pro quo sic facta fuisset talis fideiussio, seu obligatio de facili haberi non posset, & de ipsius bonis reperiri: etiam vsq; ad integram satisfactionẽ sortis, damnorum, expensarum & interesse, q tunc possit & debeat ad petitionem eius qui sic fideiusserit: vel pro eo promiserit, poni in banno, de quo exire non possit, nisi primo ei satisfecerit de sorte, damnis, & expensis, ac interesse prædictis. Et prædicta locum habeant etiam in eo, qui ostenderit se soluisse pro aliquo aliquod debitũ ad quod ille, pro quo soluit foret obligatus, & obseruentur, & fiant contra illum p quo soluit, & eius heredes, & bona, dũmodo appareat etiam nulla solemnitate seruata expressa vel tacita voluntate dicti debitoris tale debitum esse solutum. Et idem intelligatur in fideiussoribus vniuersitatum quarumcunq;, & q quilibet de vniuersitate compelli & astringi possit (vt supra dictum est) ad petittonem cuiuscũq; fideiussoris, vel promissoris, vniuersitatis, vel eius sindici, procuratoris: vel capitularii, seu capellani. Et intelligatur fideiussor: seu pro alio pmissor quicũq; habuerit instrm conseruationis indemnitatis, vel alias quomodocunq; ostendere poterit se p alio fideiussisse, promisisse, vel se obligasse: etiam si cum eo esset in eodem instro: seu pcepto etiam insolidum obligatus quantumcunq; negaretur. Et prædicta omnia & singula in præsenti statuto contenta fieri possint, valeant, ac debeant in quolibet casu præsentis statuti summarie de plano, sine strepitu & figura iudicii: & quolibet tẽpore etiam feriato propter messes, vel vindemias, cognoscantur & terminent per quemlibet iudicem: coram quo talis controuersia: seu causa esse contigent.

Qualiter sequestratio fieri debeat. Rubrica. XLVI.

STatuimus & ordinamus, q si quis comparuerit coram. d. Ptãte, vel alio ius dicente ciuitatis Faueñ. & dixerit aliquem esse suum debitorem vsq; ad quantitatem lib. iii. boñ. afferendo ex qua causa sit debitor, affirmando proprio iuramẽto iudex ad petitionem ipsius creditoris possit ac teneatur facere sequestrari de bonis ipsius debitoris, si tñ affirmet ipse creditor iuramento suo reum ipsum non hẽre bona imobilia in ciuitate vel districtu Faueñ. sufficientia ad debitum petitum, & expensas. Si vero pro maiori quantitate peteret sequestrationem fieri, tunc. D. Potestas: vel alius iudex a quo petitum fuerit recepto iuramento actoris cum vno teste idoneo, & seu viso instro, si de debito instrm appareat, & si actor iurauerit reum nõ hẽre bona imobilia sufficientia ad debitum ad quod dicit illum sibi teneri in ciuitate, vel districtu Faueñ. teneatur & possit facere sequestrari de bonis mobilibus eius qui debitor dicitur in tanta quantitate, quæ ascendat ad quantitatem in qua debitor dicitur, si tantam in suis bonis esse reperiretur, vel in ea quantitate qua poterit, præstita tñ idonea cautione per reum, vel alium eius nomine de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, dictum sequestrum debeat reuocari & annullari. Non tñ teneat aliquis sequester, vel custos custodire & representare res sequestratas, & ei recomẽdatas nisi ei traditæ fuerint, vel ad eius petitionem in aliquo loco steterint.

De instantia in causis seruitutum, & aliis quibuscunq; non habentibus certam quantitatem. Rubrica. XLVII.

Statuimus & ordinamus, q ubi agitur de seruitute aliqua, & in quacunq alia cā quæ non haberet certam quantitatem expressam, & in aliis quibuscūq causis & casibus expresse non comprehensis in statuto disponente de instantia causarum, tunc causæ huiusmodi expediantur & terminentur infra dies. lx. utiles: & sic infra maiorem instantiam expressam in dicto statuto, & cū obseruatione terminorum, & oium aliorum & singulorum expressorum in dicto statuto in ea parte in qua de simili instātia loquitur & disponit. Et pdicta locū habeāt in pñtibus, præteritis, & futuris. Declarantes tñ q prædicta non vendicent sibi locum ubi procederetur cōtra contumaces, & seu in contumaciam, quo casu non intelligimus, neq volumus pñ xam esse instantiam aliquam ex iure nostro municipali.

Instan. in caus nō haben. certā qntitat est lx. dier utilium.

Instan. nō seruat. g. contumaces

De recusatione iudicis vel notariorum. Rubrica. XLVIII.

Statuimus q nullus possit recusare aliquem ex iudicibus dñi Ptātis, vel cōis Fauen. nisi ex causa legitima & rationabili in scriptis proposita coram iudice recusato, de qua causa recusatiōis hmōi cognoscere debeat unus ex iudicibus. D. potestatis, seu ipse dñs Potestas qñ recusatur aliquis ex iudicibus cōis. Et si recusaret aliquis ex iudicibus dicti dñi Potestatis, seu ipse dñs Potestas, tūc de causa huiusmodi recusationis cognoscat unus ex iudicibus cōis: quem recusans adire maluerit sūmarie de plano sine strepitu & figura iudicii. Declarantes q appellatione dictorum iudicum cōis Fauen. in prædictis includatur index primarum appellationum dictæ ciuitatis. Et talis iudex recusatus dicta recusatione proposita, vel ea pendente: nō possit in causa procedere: nec de ea cognoscere sub pœna lib. xxv. boñ. & processus interim factus, sit ipso iure nullus. Et ipsam recusationem iudex recusatus benigne admittere debeat sub eadem met pœna. Et q in causa ciuili non possit aliquis dare ultra duos iudices suspectos, nisi talis suspitio esset ex causa inimicitiæ manifestæ: vel agnationis usq ad quartum gradum, cognationis vero & affinitatis usq ad secūdū gradum, quam ille iudex haberet cum suo, vel prædictorum suorum aduersario. Volentes quoq & statuentes ut æqualitas in iudiciis obseruetur, omnisq fraus & suspitio cesset, q ad petitionem alicuius notarii actuarii, seu sui procuratoris nullus processus fiat, nec fieri possit suo aut alieno nomine ad aliquod tribunal coram illo iudice, cuius idem notarius sit notarius actuarius durante officio talis notarii agendo videlicet, sed potius coram aliis iudicibus, talis notarius suam litem inchoet & proponat: si tñ alieno nomine litigaret, tunc dicto officio suo durante, nec agēdo, nec defendendo audiatur. Et si secus vel præter fiat, quicquid factum fuerit sit nullū: parte tñ aduersa id opponente. Si vero contigerit post litem motam per se vel eius pcuratorē talē notariū elligi, seu deputari in notariū actuariū tribunalis dicti iudicis, corā quo dicta lis mota esset, tunc ille iudex teneatur ad reqsitionē aduersæ partis elligere notariū vnū legalē & nō suspectū, qui oia acta in hmōi cā scribat. Et prædicta oia & singula locū sibi vendicēt in iudicibus hñtibus cās pprias, vel alienas coram suo tribunali: seu suorum parentū, fratrum, & aliorum attinentiū usq ad quartū gradum agnationis: cognationis, vel affinitatis inclusiue. Quas tñ cās: de qbus supra pxime possint hmōi iudices cōmittere & delegare alicui iudici, seu doctori partibus nō suspecto. Et q nullus q sit oriūdus de ciuitate, vel loco, aut de comitatu & districtu vn de foret. D. Ptās, vel eius iudex possit litem hfe, aut mouere coram dicto. d. Ptāte, vel eius iudicibus suo uel alieno noīe. Et si secus fiat, sit ipso iure nullū: in pceruentibus tñ fauorē dicti litigantis. Et nihilominus dñs Ptās & eius iudices in tali cā interuenientes: pdemnentur in lib. xxv. boñ. & in totidem talis litigans.

Appellatione iudicū cōis Fauen. qui ueniant

Procurator nō pt ... actuarius ad ... tribu...

Concius. 2. stati lite cora ... nō mouer

De salario aduocatorum: pcuratorum, & aliorum q patrocinant in causis. R. XLIX.

Statuimus & ordinamus ad hoc ut certū sit qtū aduocatis, pcuratoribus, curatoribus, sindicis: uel actoribus: aut p aliis patrocinantibus in causis solui debeat

p salario

pro salario & merce de sui patrocinii, ꝙ ubi nõ interuenit pactũ, uel ꝯuẽtio certa de mercede uel salario hmõi ꝑsonaꝝ ꝓ aliis patrocinãtiũ i causis, ꝙ qlibet Iuris doctor aduocatus q ꝓ aliqua uniuersitate, seu ꝑsona, seu ꝓ quocũq; in qualibet cã ciuili patrocinium ꝑstitent: seu aduocauerit, petere possit & ꝯsequi a clientulis suis, seu talibus ꝓ quibus sic patrocinatus fuerit, seu aduocauerit, si lis fuerit ꝯtestata, seu habita ꝓ ꝯtestata: & peruentũ fuerit ad diffinitiuam sniam: duos solid. boñ. paruoꝝ ꝓ qualibet libra quantitatis uel æstimationis rei petitæ, & de qua lis seu cã fuerit. Et ꝓcurator, seu curator, sindicus, uel actor dimidium dictæ quãtitatis, videlicet solid. unũ ꝓ qualibet libra. Et hoc si debitum uel quantitas: aut res petita fuerit libr. xxv. boñ. uel abinde supra usq; ad centum lib. uel tante æstimationis. A cẽtum uero lib. supra petere & cõsequi possit talis aduocatus duodecim deñ. uidelicet unum solid. boñ. paruoꝝ pro qualibet alia libra excedente centenariũ. Et ꝓcurator seu alius quicunq; ꝓ alio interueniens, dimidiam uidelicet deñ. sex tñ. Et si peruentum non fuerit ad diffinitiuã sniam, fuerit tñ lis cõtestata, seu habita ꝓ ꝯtestata, tũc petere & cõseq possint aduocati, ꝓcuratores: & ꝑocinãtes ꝓ aliis dimidiã dicti salarii. s. aduocatus. xii. deñ. & ꝓcurator & qlibet alius ꝓ aliis iteruenićs: sex deñ. Si vero nõ fuerit lis ꝯtestata nec habita ꝓ ꝯtestata: sed ꝓcessum fuerit ad bãni datiõem: seu ad tenutam ex primo decreto ꝓpter rei contumaciã, tunc solum dimidia dicti salarii. s. sex deñ. ꝓ libra, aduocatus & procurator tres deñ. Si uero ꝓcessum fuerit super tenuta, uel post datum bãnũ ad aliquas ꝓbationes per testes examinatos ꝯtra reum: tunc accipere possit ꝓcurator duas partes ex tribus eius quod accipere posset: si lata fuisset snia diffinitiua super eadẽ re uel q̃titate petita. Et tñ accipere possit aduocatus quãtũ uidelicet debet procuratori in casu ꝑdicto, de quo supra proxime, si & ubi interuenerit aduocatus & patrociniũ suũ ꝑstiterit in hmõi casu. Sed si peruentũ fuerit ad secũdũ decretum uel uenditionẽ tenutæ, tunc integrum salarium debeat procuratori, & tantũdẽ aduocato ubi aduocatus interuenerit ut supra, perinde si lata fuisset snia diffinitiua in ꝯtradictorio iudicio in cã in qua lis fuisset ꝯtestata, uel habita pro ꝯtestata. Et sic atq; tñ peti & exigi possit per dictos aduocatos procuratores, & pro aliis patrocinantes & interuenientes in dictis causis: videlicet tñ per aduocatũ q̃tum ꝓ procuratorem q̃tum est in casu ꝑdicto in ꝯtumaciã, & hoc ubi aduocatus interuenerit, ut supra ꝓxime. Si uero in causis hmõi in ꝯtumaciam post tenutã uel bãnũ nõ fuerit processum ad aliquas probatiões per testes, sed ad alios actus citra causæ cõclusionẽ, tũc salariũ aduocatis & procuratoribus debeat & taxet pro ut iudici uidebit cõuenire, habita ꝯsideratiõe laboris & actoꝝ factoꝝ. Si uero ante litẽ ꝯtestatã, uel habitam pro cõtestata: uel ante banni dationẽ, seu ante tenutã datam ex primo decreto, peruẽtũ fuerit ad concordiã, uel lis cõfessione rei decisa: tunc soluatur aduocatis, ꝓcuratoribus & aliis sic patrocinantibus: & pro aliis interueniẽtibus. s. aduocatis deñ. sex pro qualibet libra: & procuratoribus, ac aliis sic interueniẽtibus: tres deñ. Volentes & decernentes, ꝙ in singulis casibus ꝑdictis, & quolibet eoꝝ soluat plus & minus arbitrio iudicis, corã quo lis, seu cã mota fuerit, seu ad quem cognitio & taxatio salarii hmõi spectabit, attenta qualitate litis: seu causæ, multitudine scripturaꝝ factaꝝ, & ꝓductaꝝ in cã: & habito semp respectu & cõsideratione laboris & patrocinii ꝑstitoꝝ & actitatoꝝ, ac factoꝝ in causis per eosdem aduocatos & procuratores, seu quemlibet eorum: & maxime attentis qualitate: sciẽtia, meritis, & facundia taliũ personaꝝ: aliqñ plus & minus ꝓmerentiũ ex hmõi qualitatibus. Si uero lis: seu cã fuerit lib. xxv. boñ. uel de re tanti ualente, uel abinde infra, tunc maius salarium persoluat dictis aduocatis: procuratoribus, & aliis: ut supra, patrocinantibus ad arbitriũ iudicis, ad quem spectat: uel spectabit, attentis semp qualitatibus: & habitis respectibus, & cõsiderationibus, de qbus & pro ut supra. In litibus uero, seu causis criminalibus: seu mixtis soluat salariũ sm modũ suprascriptum eisdẽ aduocatis: procuratoribus: & aliis patrocinantibus in causis hmõi, attenta & cõsiderata qualitate facti, & qualitate, ac quãtitate cõdemnationis, uel absolutionis quæ fieret, seu fieri peteretur, & attento labore patrocinii in talibus causis ꝑstiti, & plus: ac minus pro ut supra statutũ est in causis ci

talibus, attentis ēt & habitis respectibus: & cōsiderationibus: de quibus & pro ut su/
pra dictū est, in eisdem causis. ℂ In causis aūt possessoriis, in quibus videlicet petit
possessio, seu eius restitutio: vel reintegratio, quocūq; interdicto, seu remedio pos/
sessorio: si mō desuper oblatus fuerit libellus, seu petitio porrecta ꝑ parte agētis, & su
perinde fuerit lis ꝯtestata, seu habita ꝓ ꝯtestata, & ꝓcessum fuerit in causis hmōi, pro
ut in aliis causis ciuilibus ſm formam statuti Faueñ. siti in p̄ūti libro voluminis Sta/
tuto rum dictæ ciuitatis: sub Rubrica septima. Et seruatis dilationibus & terminis:
de qbus & ꝑ ut in eodem Statuto statuimus & decernimus in eisdē causis possesso
riis, in quibus sic actū & petitū fuerit eisdē aduocatis, ꝓcuratoribus. & patrocinanti/
bus salariū deberi, pro ut in causis petitoriis, & ordinariis. Et perinde ac si de re prin
cipali, & nō de possessione sola ageret, & habita cōsideratione æstimationis rei, de
cuius possessione ageret, nō aūt habito respectu valoris solius possessionis. ℂ Insup
volumus, & decernimus, ꝙ in aliis causis nō recipientibus æstimationem, pro ut sūt
causæ matrimoniales, capitales, seu corporis af flictiuæ. Statuimus & ordinamus: ꝙ
salaria aduocatoꝝ, & ꝓcuratoꝝ ī talibus causis debeant eisdē, & ita peti & solui pos/
sint & debeant arbitrio iudicare debētis: dūmodo nō excedāt q̄titatem. xx. ducatoꝝ
auri ꝑ aduocatis, & dimidiam dictæ quantitatis respectu ꝓcuratoꝝ. In aliis vero cau
sis motis, seu mouendis super aliqua re vel facto: quod vel quæ nō recipiat æstima/
tionē. Et generaliter in aliis quibuscūq; causis & casibus in & super quibus supra nō
nō esset prouisum. Volumus & ordinamus salaria aduocatoꝝ, ꝓcuratoꝝ, & aliorūs
vt supra patrocinantium in causis quibuscūq; eisdē deberi & solui arbitrio iudicis,
seu officialis: corā quo causa fuerit, seu ad quem spectabit, ꝓcedendo maxime, & in
quantū fieri pōt de similibus ad similia, & alias ꝓ ut sibi videbit cōuenire. Volumus
insuper & decernimus, ꝙ in oibus & singulis causis & casibus, de qbus supra in p̄sen/
ti Statuto hmōi salaria (vt ꝓfert) taxentur, debeant, & soluantur mō & forma, de q/
bus ꝑ ut supra, & plus ac minus in causis & casibus, in quibus exp̄sse nō fuit aliter in
ꝯtrarium ꝓhibitū, arbitrio iudicis de hoc cognoscentis, & cognoscere debētis. Et ꝙ
oia & singula bona clientuloꝝ: & aliorū quorumcūq; qbus hmōi patrocinia p ad/
uocatos, ꝓcuratores: & alios, vt supra. patrocinantes, p̄stita fuerint in causis & casi/
bus: de quibus supra tacite sint, & intelligant hypothecata & obligata cū effectu ad/
uocatis, procuratoribus, & aliis sic, ut supra, patrocinantibus a die inchoatæ causæ,
& p̄stiti per eos patrocinii. Et rōne hmōi, & ex cā talis hypothecæ & obligationis
possint tales aduocati ꝓcuratores: & patrocinantes: & eoꝝ heredes, vel hn̄tes cām
ab eis agere & experiri cū effectu ꝓ eoꝝ salariis & mercedibus, & ꝑ expensis causæ fa
ctis & faciendis cōtra suos clientulos, & eos qbus patrocinia p̄stiterunt, & ꝯtra eorū
heredes: & bona, ac ēt ꝯtra bonoꝝ suoꝝ possessores, ēt actione hypotecaria, & quo
cūq; iure: seu actione sibi competenti: summarie, de plano, sine strepitu, & figura iu/
dicii, & sola facti veritate inspecta, facta tn̄ prius anteq̄ agat hypotecaria actione, ex/
cussione principalis debitoris, seu clientuli ſm formam Statuti Faueñ. disponētis de
excussione, & qualiter excussio fieri debeat. Et ꝙ pro salariis & patrociniis hmōi ꝓ/
cedi possit cōtra dictos clientulos, & eos quibus patrocinia, ut supra, p̄stita fuerunt,
& ꝯtra eoꝝ heredes ad instantiā aduocatoꝝ: ꝓcuratoꝝ, & patrocinantiū p̄dictoꝝ
& heredū suoꝝ, taxatis prius, & declaratis salariis, & patrociniis hmōi legitime, etiā
executiue, & ad executionē realem & personalē ꝯtra eos, & alias ac aliter, pro ut ꝓ/
cedi pōt in & pro executione sniæ laudi & arbitramenti vigore statuti Faueñ. maxi
me disponentis de executionibus hmōi. Et p̄dicta oia & singula seruent & effectum
habeāt tā in p̄sentibus & pendentibus, ac indecisis negociis & causis, q̄ ēt & futuris.

ℂ De duobus æstimatoribus elligēdis, & eoꝝ offō, ac mercede. Rubrica. L.

ITem statuimus & ordinamus, ꝙ in consilio generali ciuitatis Faueñ. tpe quo el
liguntur alii officiales ad breuia eodem mō quo cæteri officiales p̄dicti elligant
ad breuia duo boni viri ciues Faueñ. ꝑ æstimatoribus cōis, qui auctoritate p̄ūtis
statuti

statuti hẽant auctoritatẽ plenariã æstimandi oẽs tenutas, & oẽs res æstimandas, quo
rumcũq; litium, ꝯtrouersiaꝝ, vel cãrum uertẽtiũ, tam coram Ptãte, vel eius Vicario,
q̃ corã iudicibus ordinariis cõis Fa. q̃ coram q̃buscunq; aliis officialibus: vel aliis no
tionem aliq̃ hñtibus, vel de, vel super p̃dictis cognoscentibus, nisi cõpeteni cã suspi
tionis cõtra ipsos: seu alteꝝ ipsoꝝ fuerit allegata sine causæ cognitione, illico tũ ter
minanda per eũ, qui de re cognoscit, quoꝝ, seu cuius suspecti loco, tũc alii: siue alius
assumãtur per eundem, q de re ipsa cognoscit cũ delatione sacramenti eidẽ, seu eis
dem sic assumptis deferendi de bene & legaliter æstimando bona fide & oi fraude
remota. Quoꝝ æstimatoꝝ salarium taxamus in hunc modũ, videlicet, quia si tenu
ta vel res æstimãda fuerit in ciuitate Fauen͂. vel eius burghis, vel suburbiis, vel intus
circlas cõis fuerit æstimata libr. x. boñ. vel abinde infra: tunc habeat & eis accipere li
ceat solid. tres boñ. pro quolibet ipsoꝝ æstimatoꝝ. Et si res æstimata fuerit in comi
tatu Fauen͂. lõge a dicta ciuitate per duo milliaria, vel abinde citra, accipere possint
sol. iiii. boñ. pro quolibet ipsoꝝ. Et si fuerit distans vltra duo milliaria a ciuitate vsq;
ad quatuor milliaria, tunc accipere possint solidos. v. boñ. pro quolibet ipsoꝝ. Et si
fuerit situata vltra q̃tuor milliaria vsq; ad sex milliaria, tũc accipe possint sol. vi. boñ.
ꝓ quolibet ipsoꝝ. Et si a sex milliaribus vltra vsq; ad octo, tunc accipe possint ꝓ quo
libet ipsoꝝ sol. vii. boñ. Abinde vero vltra vsq; ad decem milliaria, solid. x. boñ. pro
quolibet ipsoꝝ. Et a decem milliaribus vltra, et si esset extra districtum & comitatũ
Fauen͂. solid. xv. bon. pro quolibet eoꝝ. Si vero tenuta: siue res æstimãda fuerit æsti
mata per æstimatores a. x. lib. supra vsq; ad quantitatẽ. xxv. libr. bon. & fuerit in ciui
tate Fauen. vel eius suburbiis, vel intus circlas cõis, tũc accipere possint sol. iiii. bon.
pro quolibet ipsoꝝ. Et si fuerit extra circlas longe a ciuitate per duo milliaria, vel ab
inde citra: tunc accipere possint solid. sex bon. pro quolibet ipsoꝝ. Et si fuerit a duo
bus milliaribus vltra vsq; ad quatuor milliaria: tunc accipere possint solid. viii. bon.
ꝓ quolibet ipsoꝝ. Et si fuerit a q̃tuor milliaribus vltra vsq; ad sex milliaria: tunc acci
pere possint solid. x. bon. pro quolibet ipsoꝝ. Et si fuerit a sex milliaribus vltra vsq;
ad octo milliaria, tunc accipere possint pro quolibet ipsorum sol. xii. bonoñ. Et ab
octo milliaribus vsq; ad decem milliaria solid. xv. bon. pro quolibet ipsorũ. Et a de
cem milliaribus vltra, et si esset extra districtum & comitatũ Fauen͂. solid. xviii. bon.
pro quolibet ipsorũ. Si vero tenuta seu res æstimanda, fuerit æstimata p dictos æsti
matores a lib. xxv. bon. usq; ad quinquaginta lib. bon. & fuerit in ciuitate Fauen. vł
intus circlas cõis, tunc accipere possint pro quolibet ipsorũ solid. sex bon. Et si fuerit
extra circlas distans a ciuitate per duo milliaria, vel abinde citra: tunc accipere pos
sint pro quolibet ipsorũ solid. viii. bon. Et si fuerit a duobus milliaribus vltra vsq; ad
quatuor milliaria: tunc accipere possint pro quolibet ipsoꝝ sol. x. bon. Et si fuerit a
quatuor milliaribus vltra usq; ad sex milliaria, tunc accipere possint solid. xii. bon.
pro quolibet ipsoꝝ. Et abinde vltra usq; ad octo milliaria solid. xiiii. bon. Et ab octo
milliaribus ultra usq; ad decem milliaria quantumcũq; sit extra districtũ, vel comita
tũ Fauen͂. tunc accipere possint pro quolibet ipsoꝝ sol. xx. bon. Si uero tenuta, siue
res q̃ æstimanda fuerit: æstimetur a quinquaginta libris supra usq; ad centum libr.
& fuerit situata in ciuitate Fauen. uel intus circlas cõis, tunc accipere possint ꝓ quo
libet ipsoꝝ solid. octo bon. Et si fuerit extra circlas distans a ciuitate Fauen. per duo
milliaria: vel abinde citra, tunc accipere possint pro quolibet ipsoꝝ æstimatorum
solid. x. bon. Et si fuerit distans a ciuitate Fauen. ultra dicta duo milliaria usq; ad qua
tuor milliaria, tũc accipere possint sol. xiiii. bon. ꝓ quolibet eorũ. Et si fuerit ultra di
cta q̃tuor milliaria usq; ad sex, tũc accipe possint sol. xvi. bon. ꝓ quolibet ipsorũ. Et si
fuerit a sex milliaribus ultra usq; ad octo milliaria, tũc accipe possint sol. xviii. bon.
pro quolibet. Et si fuerit ab octo milliaribus ultra vsq; ad decẽ, tũc accipere possint ꝓ
quolibet ipsorũ sol. xx. boñ. Abinde vero vltra per quotcũq; milliaria: et extra distri
ctum, vel comitatum Fauen. accipere possint pro quolibet ipsoꝝ solid. xxv. bon. Si
vero tenuta, seu res æstimanda fuerit æstimata a centum libris supra vsq; ad quingẽ
tas libras, & res accepta in tenutam fuerit sita in ciuitate Fauen. vel extra ciuitatẽ tñ
intus circlas cõis, tunc accipere possint pro quolibet ipsorum solid. xx. Bon. Et si fue

rit extra circlas distans a ciuitate Faueñ. vsq; ad duo milliaria, vel abinde citra: tunc accipere possint ꝑ quolibet ipsoꝝ sol. xxv. bon. & abinde vltra vsq; ad quatuor milliaria, sol. xxx. Boñ. pro quolibet. Et a quatuor milliaribus ultra usq; ad sex milliaria, sol. xxxv. boñ ꝑ quolibet. Et a sex milliaribus vltra usq; ad octo milliaria sol. xl. bon. pro quolibet ipsoꝝ. Et ab octo milliaribus ultra usq; ad decẽ milliaria, sol. xlv. boñ. ꝑ quolibet ipsorũ.. Et a decẽ milliaribus ultra p quotcũq; milliaria: ẽt extra districtũ uel comitatũ Faueñ. fuerit distãs a ciuitate Fa. sol. quinquaginta bon. ꝑ quolibet ipsorũ. Si vero tenuta: seu res danda, vel æstimanda fuerit æstimata vltra libras quingentas Boñ. & fuerit in ciuitate Fauen. vel extra ciuitatẽ, infra circlas cõis tñ, tũc & eo casu accipere possint pro quolibet ipsoꝝ solid. xxvi. bon. Et si fuerit extra ciuitatem & circlas distans tñ a dicta ciuitate per duo milliaria, vel abinde citra: tunc accipere possint pro quolibet ipsoꝝ solid. xxxv. bon. Et si vltra dicta duo milliaria usq; ad q̃tuor milliaria, sol. xl. bon. ꝑ quolibet. Et vltra dicta quatuor milliaria usq; ad sex milliaria: sol. xlviii. bon. paruorũ ꝑ quolibet ipsoꝝ. Et a sex milliaribus ultra usq; ad octo milliaria sol. lvi. bon. ꝑ quolibet ipsorum. Et ab octo milliaribus ultra usq; ad decẽ milliaria, lib. tres boñ. ꝑ quolibet ipsorũ. Et abinde vltra per quotcũq; milliaria, ẽt si situata sit extra districtũ vel comitatũ Fauen. accipere possint pro quolibet ipsorum libr. tres & solid. x. bon. Et qđ dictum est locum habeat tam in æstimatiõe rerum mobiliũ q̃ imobilium, hoc addito q̃ si res æstimãdæ fuerint in eodem loco, uel etiam in pluribus & diuersis locis, dũmodo una nõ distet ab alia, nec alia ab alia ultra milliare: tunc & eo casu ipse omnes pro una re tm̃ cumulentur: habeantur, & cõputẽtur quo ad eaꝝ æstimationẽ, & æstimatoꝝ salariũ. Si vero vna res ab alia, & alia ab alia: seu aliqua, vel aliquæ ipsaꝝ distare contingerit ab alia vltra vnũ milliare, tũc & eo casu quelibet ipsaꝝ sic distãs cum ea: a qua sic distare contigerit vltra milliare: non computetur in æstimatione: sed quelibet sic distans de per se, & loco sui ipsius habeatur, & sũmam de per se faciat quantũ ad ipsius æstimationẽ, & salarii æstimatoꝝ ipsius solutionem ſm metam supra positã soluendi. Et quia quod oculata fide inspicitur, & recto corde discernitur, rectius valet æstimari, teneãtur dicti æstimatores in oĩbus eoꝝ æstimationibus fiendis anteq̃ ad æstimãdũ perueniant ꝑsonaliter ire ad locum vbi res æstimanda extitit: seu æstimandæ existunt ad ipsas res æstimãdas intuendũ, videndum, & inspiciendũ, colloquium ẽt hñdo super earum valore, & æstimatione cum vicinis & notis ipsaꝝ, si vicinos habent, alias cum personis fidedignis notitiam de eaꝝ valore habentibus: ne valeant in earum æstimatiõibus faciliter decipi. Q đ si nequiter prædicta negligendo contempserint: vel in earum æstimatione q̃ocunq; dolose versati fuerint, tunc ab officio remoueantur, & pro illo semestri officium illud non valeant exercere quoquo mõ. Et res illa: seu res ille eoꝝ expẽsis per duos bonos viros assumendos per iudicem causæ, seu de qua re notio fuerit: de nouo æstimentur, & eorum æstimationi, & relationi stetur, nisi & ipsi ẽt in prædictis neglexerint, vel fuerint dolose versati, de qua negligentia vel dolo arbitrio iudicis puniantur, & præsens statutum non fuit aliter de nouo reformatum.

¶ Quomodo quis recipiatur in ordinẽ notariorum ciuitatis Faueñ. & q̃ non descriptus in dicto ordine non valeat notariatum exercere. Rubrica. LI.

VT negocia boium ciuitatis & districtus Faueñ. per notarios notos & legales redigantur in scriptis. Et ne de ipsoꝝ notarioꝝ fide hæsitari contingat, statuimus & ordinamus: q̃ nullus de cætero recipiatur & admittatur in ordine & matricula notariorum dictæ ciuitatis, nisi fuerit oriundus in & de dicta ciuitate, vel eius districtu, & in ea moram cõtinuam trahat. Forensis autem in dictum ordinẽ, & matriculã nõ admittatur nisi in dicta ciuitate ꝯtinue habitet: & imobilia in ea & eius comitatu possideat: primoq; admissus fuerit in Ciuem dictæ ciuitatis, & in eius generali consilio: & descriptio de tali forense aliter facta, sit ipso iure nulla. Et anteq̃ q̃s describatur ĩ ordine & matricula hmõi teneatur oñdere cõsulibus & massario dicti ordinis priuilegiũ sui notariatus. Et idem massarius eum describẽdo: apponere debeat nomen & pronomen talis notarii, & locum vnde ortus sit, & a quo eius priuilegiũ

obtinuerit

obtinuerit. Et consules, & massarius dicti ordinis aliter facientes, incidant: & incidisse intelligantur ipso iure in poenam lib. xx. boñ. Volentes, statuentes, & decernentes φ qui nó fuerit descriptus in dicta matricula, & in ordinem prædictum admissus & receptus, nó possit, ẽt si priuilegium haberet ab aliquo: hmõi notariatus munus exercere in dicta ciuitate & comitatu. Nec eius instr̃is & scripturis aliqua fides in iudicio vel extra. Possint tñ notarii dñoꝝ officialium. S. R. E. & dñi Potestatis: & officialiũ cõis Fauẽ. ad id assumpti, licet essent forẽses: scribere, & in publicá formá redigere oẽs & singulas scripturas ad offm̃ maleficioꝝ spectátes. In casibus tñ, i qbus tales officiales de hmõi maleficiis cognoscere possunt.

¶ Quod notarii teneantur instr̃a quecunq; in publicam formá edere eis quorũ interest. Et eos ipsi notarii ad ea reluenda cogere possint. Rubrica. LII.

STatuimus & ordinamus notarios ciuitatis & districtus Fauẽ. qñcũq; fuerint requisiti ab eis, quoꝝ interest, teneri instr̃a quecunq; a se rogata in publicá formá diligenter & absq; mora eleuare, & eis edere, soluta tñ eis eoꝝ cõpetenti & insta mercede in superioribus statutis declarata. Possint quoq; ipsi notarii ẽt non requisiti cogere ipsos ꝯtrahentes: & alios quoscũq;: ad quos instr̃a a se rogata: spectant ad reluendũ instr̃a quæcũq;, scripturas & præcepta a se facta & cõpleta: & ad soluendũ ipsis met notariis dictam eorum mercedẽ. Et in p̃dictis ꝓcedi possit & debeat per iudices super his additos summarie, simpliciter, & de plano, & sola facti veritate inspecta, & nullo iuris ordine seruato. Et p̃dicta ẽt obseruentur & obseruari debeant: ẽt in notariis eleuantibus instr̃a notarioꝝ defunctoꝝ, videlicet in filiis, nepotibus, & deinceps descendentibus masculis de agnatione dicti notarii defuncti: qui tñ sint notarii dictæ ciuitatis, & in ea exerceant notariatus officium. et sit præcisum.

¶ De septis, et ꝓtocollis notarioꝝ absentũ. Rub. LIII.

ORdinamus & sancimus, φ instr̃a: rogationes: & ꝓtocolla quæcũq; notariorũ absentium ciuitatis Fauẽ. eoꝝ absentia durante: elleuari possint & transumi absq; aliqua cõmissione, vel delegatione, per eorũ patrem: filiũ: seu per fratrem, patruũ, aut nepotes de eadẽ agnatione, qui tñ sint notarii matriculati in ordine & matricula notariorũ dictæ ciuitatis. Et ipsis nó extantibus: per hñtem auctoritatem ad id a Magnificis dñis Antianis ꝓ tpe p̃sidẽtibus: & a sindico cõis dictæ ciuitatis. Et φ disposita in sequenti ꝓxime statuto sub Rub. De septis & ꝓthocollis notariorũ defunctorũ. quo ad ꝯseruationẽ & non exportationẽ eorũ de dicta ciuitate obseruent̃ & locũ habeant in oĩbus & per oĩa pro ut in dicto statuto continetur.

¶ De septis, & prothocollis notarioꝝ defunctoꝝ. Rub. LIIII.

VT rogatiões, scripturæ, & ꝓthocolla notarioꝝ defunctoꝝ: & eoꝝ q in futuꝝ decesserint, custodiant̃, & ꝯseruent̃: neue occultent̃: & lacerẽt̃. Statuimus & ordinamus, φ qñcũq; aliqs notarius ciuitatis Fauẽ. decesserit, φ eius ꝓthocolla, & instr̃a qcũq; iussu & mandato officii Magnificoꝝ dñoꝝ Antianoꝝ, q ꝓ tpe erunt p eoꝝ scribá annotẽtur & describant̃, & de eis inuẽtariũ fiat, scribẽdo numerũ instr̃oꝝ talis notarii, libros, filciasq; eiusdẽ, eorũq; cura: & eleuandi facultas cõpetat ipsius notarii filiis & heredibus vno vel pluribus: exercenti tñ & exercentibus publice artẽ notariæ in dicta ciuitate Fauẽ. q possit dicta instr̃a talis notarii defuncti eleuare auctoritate p̃ntis statuti absq; alia licentia, dicto tñ inuentario prius cõfecto, & eoꝝ persona: vt infra, approbata, & delato & p̃stito iuramẽto dicto notario p dictos D. Antia. se oĩa instr̃a & scripturas dicti defuncti describi fecisse i dcõ iuẽtario. Declarátes tñ, volẽtes, & statuẽtes, φ ꝓthocolla, & instr̃a cuiusuis notarii defuncti: & seu q deficiet: nó possint deferri extra dictá ciuitatẽ Fa. aliquo colore q̃sito, ẽt p heredẽ ipsius notarii defuncti se ꝯferẽtis ad habitádũ, seu habitátis extra dictá ciuitatẽ: nec per aliũ quẽuis notariũ: ẽt filiũ, nepotẽ, fratrẽ, aut aliter attinẽtẽ dicto defuncto, sub poena lib. cẽtũ boñ. ipso facto incurreñ. si fuerit ꝯtrafactũ, & φ resisti debeat p ipsos. Dñ Antianos vltra dictá poená cuicũq; volẽti dicta ꝓthocolla, scripturas, & instr̃a extra dictá ciuitatẽ deferre. Volẽtesq; ẽt, & declarátes, φ pr̃ ꝓ filio: & econuerso frater ꝓ fratre, nepos ꝓ patruo de agnatiõe masculina nati, & ecõuerso, possint eleuare & in pu

blicā formā redigere oia & singula instrā, ꝑcepta, & quoslibet ꝓcessus, & scripturas q̄ repientur in scptis, rogatiōibus, & ꝓthocollis ꝑmorientiū, patrū, fratrū, filiorū, ne/potū, patruoꝝ, dūtā tales filii, pr̄es, fratres, nepotes, & patrui sint hoies bonæ ꝯdōnis & famæ, et nō suspecti, ac notarii publici descripti ī ordie et m̄ricula alioꝝ notarioꝝ dictæ ciuitatis, & artē notariæ i ipa ciuitate Fa. exerceāt, & dūmō dcm̄ inuētariū me dio dicto iuramēto primo ꝯfecerint, eorūq; ꝑsonæ approbatæ fuerit p dictos. d. An/tia. Si vero talis notarius moriēs nō habuerit aliquos filios, aut aliquē ex dictis attinētibus q̄ sit notarius publicus, tūc mortuo tali notario ꝑfati. d. Antiāi teneant & debeāt oio curare, q̄ eius instrā, & ꝓthocolla q̄cūq; deponāt penes notariū publicū Fauen̄. i dicto ordine & matricula descriptū, & artē notariatus in ea exercentē, legalē & fide dignū, & per eos deputādū & elligēdū, dūmō talis elligēdus sit maior annorū. xxx. q̄ tn̄ nō possit dicta instrā eleuare: nisi primo habuerit & hēat licētiā ad id ab ipsis. d. Antianis et sindico cōis Fa. p tpe exn̄te. Et nisi primo medio dicto suo iuramēto cōficiat inuētariū scripturaꝝ: ꝓthocolloꝝ: & instroꝝ oium talis notarii defuncti p publicū instrm̄, & illud in publicā formā pn̄tet & relaxet ipsis. d. Antianis, i quo sint descripta dicta instrā distincte, & eoꝝ q̄litates & numerus, & nisi primo p eū ꝑstita idonea satisdatione de ꝯseruādo dicta ꝓthocolla & instrā, & de eleuādo ea ꝑsonis in eis noiatis, vel quoꝝ intersit, fideliter sub pœna apponēda arbitrio ipoꝝ. D. Antianoꝝ. Et dimidia lucri exinde ꝓueniētis sit ipsius notarii, & alia dimidia det, spectet, & ptineat heredibus vni vel pluribus talis notarii defuncti. Addentes q̄ si ꝯtingat ex tali notario sic defuncto extare plures filios, nepotes: patruos, aut fratres, q̄ oēs: seu eorū pars sint notarii publici fauētī. vt supra descripti in dicto ordine, & dictā artē exercētes, tūc cura, & eleuatio dictoꝝ instroꝝ, & ꝓthocolloꝝ spectet ad seniorē eoꝝ: t nisi aliter ꝯcordarent adiuicē, vel nisi p notariū defunctū in casibus aūdictis in testō vel codicillis appareret fuisse ꝓuisum, quo casu eius volūtas debeat obseruari: dūtā ꝑsona talis notarii ellecti et noiati p dcm̄ defunctū i testō vel codicillis eius approbet p dictos. D. Antia. & alia supra ꝑmissa fiāt p eūdē notariū sic a tali notario mortuo deputatū. Et q̄ ꝑfati. D. Antiani teneātur ꝑdicta oia & singula obseruare & obseruari inuiolabiliter facere: & in principio eoꝝ officii iurare pn̄s statutū oino executiōi mā/dare in oibus & singulis eius partibus & casibus aūdictis oi exceptiōe remota: & sit ꝑcisum &c. Et q̄ heredes hmōi notarioꝝ defunctoꝝ teneant facere & curare, ita q̄ hmōi rogatiōes, & ꝓthocolla maneāt et ꝯseruent in dicta ciuitate Fa. nec extra deferant. Ac ꝑdicta oia & singula obseruent & fiāt, sub pœna lib. xxv. boñ. in singulis capitulis pn̄tis statuti apposita, totiēs cōmittēda et cū effectu exigēda, quotiēs i quolibet ꝑdictoꝝ casuū fuerit cōtrafactū. Et quo facilius ꝑdicta exequant. Volumus, & decernimus dictos heredes teneri infra. x. dies a die mortis dictoꝝ notarioꝝ cōputandos, ad dādū in scriptis sub eoꝝ iuramēto notā dictaꝝ rogationū integrā ꝑfatis M. D. Antianis sub eadē pœna.

¶ De collegio doctoꝝ, ꝓcuratoꝝ, et notarioꝝ, ac eoꝝ imūitate & ꝑuilegiis. R. LV.

VT virtutū ꝑmia benemerentibus (vt ꝯuenit) tribuātur. Statuimus & ordinamus, q̄ in collegio doctoꝝ, ꝓcuratoꝝ, & notarioꝝ ciuitatis Fauen̄. recipiantur, & describant absq; alio examine omnes ciues originarii ciuitatis Fauen̄. qui in iure ciuili, vel canonico, simul vel diuisim doctorati fuerint, qui possint aduocationis, & ꝓcurationis munus, sub vnico tn̄ salario exercere. Notarii vero similiter dictæ ciuitatis originarii ꝑmisso examine & approbatiōe iuxta alioꝝ statutorū cōis Fauen̄. & dicti collegii formā recipiant & describant. Et sic in tali collegio descripti, ab oibus & singulis oneribus personalibus, habeant & sint penitus & oino imunes & exēpti. Forenses aūt doctores vel notarii nullatenus tali in collegio recipiantur, nisi prius per generale cōsilium dictæ ciuitatis, numero ciuiū fuerit aggregati, ac in dicta ciuitate habitent, & in ea vel districtu bona possideant imobilia. Et nō descripti in tali collegio: ab oibus & singulis officiis dicti cōis siue per suffragia, siue per extractionē, aut aῆ quōlibet deferantur: penitus & oino sint exclusi, & ad ea ꝯsequenda perpetuo sint inhabiles. Nec tales forenses nisi, vt supra, aduocationis, vel

ꝓcurationis

pcurationis munus quauis in cā exercere possint:sub pœna lib.xxv.boñ.

¶De salario & mercede notarioꝝ pro scripturis in cōtradictorio iudicio quocūq; productis & registratis accipiendis. Rubrica. LVI.

STatuimus & ordinamus,ꝙ notarii tribunaliū,tam dñi Ptātis q̄ quorūcūq; iudicū ordinarioꝝ cōis Fauen.q̄ quorūcūq; alioꝝ officialiū,vel notionē aliq̄ in cā vel causis aliquibus hñtium,seu alicuius,vel aliquorū arbitrorū,seu arbitratoꝝ teneant & debeant seriose et p ordinē registrare oēs et singulas scripturas,q̄ pducerētur corā eis,seu eoꝝ iudicibus totas et integras:et pro scriptura quā nō registrauerint,nō possint accipere aliq̄ solutionē.A p̄dicta aūt registratione excipimus acta publica:seu copias publicas actoꝝ factas in alia curia,seu corā aliis iudicibus, officialibus,seu arbitris,aut arbitratoribus,q̄ producerētur corā ipsis notariis,seu eorū iudicibus,de qbus sufficiat scribere in actis productionē distinctam et certam s̄m iura,ita ꝙ possit apparere de corpore taliū productorū.Solutiones vero quas recipe debēt seu possunt dicti notarii pro oibus scripturis productis et registratis:et in actis positis per eos,seu eorū collegas.Limitamus et taxamus in hūc modū,uidelicet.In primis pro cōmissione citationis vnius personæ tm̄,duos deñ.boñ.paruorū,si se subripserit tm̄,et alius eā scripserit.Si vero eā scripserit:deñ.sex.boñ.paruorū.Itē pro cedula cōmissiōis q̄ datur placiario,vt eam dimittat penes citandū,vel ad domū eiushabitatiōis:si notarius officii scripserit:deñ.tres boñ.paruorū.Si vero tm̄ se subscripserit;deñ.duos boñ.paruorū.Itē pro relatione placiarii:deñ.duos.Item pro accusa cōtumaciæ,den.quatuor.Si vero fuerint duovel plures citati pro vno debito tm̄,recipiant et recipe possint pro primo citato:vt dem̄ est supra:et pro quolibet alio,den.vnū.Et pro relatione nuncii pro primo citato,den.tres,et totidē pro ꝯtumacia ipsius.Et ab vno supra,den.duos pro quolibet,et nō plures.Itē de quolibet sequestro facto in forma,si ipse notarius tribunalis scripserit.den.xii.bon.si fuerit pro vno debito:et pro quolibet alio debito,den.iiii.bon.paruorū.Item de relatiōe nuncii scribenda:den.iiii.si fuerit de vna re tm̄.Si vero de pluribus rebus factū fuerit sequestrū tunc accipere possint deñ.tres boñ.pro qualibet re vltra primā.Itē pro cassatiōe sequestri cū securitate p̄stita,deñ.xii.Si vero sine securitate fuerit cassatū,deñ. sex.Itē de productione cuiuslibet instri,& cuiuslibet priuilegii:vel iuriū quorūcūq; in iudicio productoꝝ:si registrent,deñ.xv.p qualibet pecia.Item de instro procurationis scripto in actis p notariū tribunalis causæ pro ipsa prima nota denarios duodecim bononorum, scilicet pro prima nota , si eam notauerit ordinate in manuali, licet sub breuitate,seu in libro actoꝝ tribunalis.Alr hoc est si ordinate nō scripserit in manuali,nihil accipere possit,& hoc p vno tm̄ ꝯstituente pcuratorē.Si vero fuerit plures ꝯstituentes:tūc possit notarius accipere pro quolibet alio ꝯstituēte deñ.sex bon.Itē pro instro curæ scripto in actis pro prima nota, posita in manuali, seu quaterno actoꝝ p ip̄m notariū tribunalis,deñ.xviii.Si vero fuerint plures:qbus decretus foret curator,soluant notario p quolibet alio a primo supra,deñ.sex boñ.De instro vero sindicatus pro prima nota ponēda in manuali,sol.duos boñ. paruoꝝ.Itē de instro tutelæ vel actoriæ vt supra scribendæ:sol.vnum boñ.paruoꝝ pro quolibet.Item de instro substitutionis scribendo in actis(vt supra dictū est)deñ.xii.boñ. paruoꝝ.Si vero notarius iuerit ad domū alicuius:seu aliquoꝝ:vel alio extra plateā ad cōficiendū aliqd̕ instr̄m de p̄dictis,vel similibus,tūc liceat sibi accipe a quolibet, & p quolibet cōstituente:vel substituēte in quolibet casuū p̄dictoꝝ,vel similiū,sex deñ.boñ.vltra id,qd̕ supra dem̄ est,qñ ꝯstituunt ad tribunalē.Item de instro cōpromissi,si quantitas:seu quantitates,de seu super quibus vertit cōtrouersia,de qua,seu quibus fit compromissum inter partes fuerit,centum librarum,vel ab inde infra:vel de re,seu de rebus tantundem valentibus,tunc accipere possit notarius solidos sex bonoñ. a qualibet parte. Si vero abinde supra vsq; ad quingentas libras fuerit , accipere possit solidos,decem bonoñ. a qualibet parte. Si vero fuerit de maiori quantitate , seu

de quantitate ascendente ad maioré summam: seu de re, vel de rebus ualentibus ul-
tra dictam summam lib. quingentaꝝ, tunc accipere possit notarius ꝑ qualibet parte
& a qualibet parte solid. quindecim boñ. De laudo uero, arbitrio, & arbitramento,
accipere possit notarius tantum quantum infra dicitur de sententia diffinitiua.
Item de comparitione cuiuslibet citati: deñ. iiii. boñ. Si vero fuerint plures cōparē-
tes, accipiat ꝑ quolibet, deñ. tres boñ. Si vero cōparēs aliquid petierit: vel opposue
rit, vel ꝓtestatus fuerit, tunc alios sex deñ. boñ. accipe possit. Et si plures fecerint exce
ptiones, vel oppositiones, vel ꝓtestationes: tunc accipe possit deñ. xii. boñ. in totū,
& nō plures, nisi scriptura talium excederet folium: quo casu soluat tūc notario ad
rōnē solid. duoꝝ boñ. ꝑ qualibet pecia. Itē ꝓ ꝓductione libelli: seu cuiuslibet petitio
nis factæ vel ꝓductæ in iudicio, & ꝑ eius registro deñ. xii. boñ. si ꝯtineat medium fo
lium, vel abinde infra. Si vero vltra medium foliū excederet, solid. ii. boñ. ꝑ quali-
bet pecia. Et pecia in oībus casibus intelligatur de qnquaginta lineis, & linea intelli
gatur de. xv. dictionibus, & intelligať ēt dictio hoc casu, et, &, ꝗ, ꝙ, qa, & similes. Et
idem obseruetur de productione & registro quarūcūq; exceptionum. Item de con-
testatione litis, iuramento calumniæ, & termino dato ad ꝓbandū in cā a qualibet
parte: deñ. xv. boñ. Item de productione & registro quarūcūq; positionum: seu capi
tuloꝝ, articuloꝝ, & seu interrogatorioꝝ quæ fierent tam ante ꝗ post litem conte-
statam, & earū seu eoꝝ registro solid. duos boñ. pro qualibet pecia, & si fuerint mi-
nus pecia, solid. vnum boñ. Et idem intelligatur & obseruetur de productione & re
gistro cuiuscunq; scripturæ, quæ fieret vel ꝓduceretur in iudicio, de cuius ꝓductiōe
& registro non foret determinata spālis solutio. Item ꝑ rñsione cuiuslibet capituli,
positionis, vel articuli, vel interrogatorii scribenda & registrāda in actis, deñ. duos
boñ. si fuerit vnus respondens tm̄. Si vero fuerint plures rñdentes: accipere possit a
quolibet rñdente deñ. vnum cum dimidio boñ. paruoꝝ ꝑ rñsione cuiuslibet capi-
tuli, positionis, articuli: vel interrogatorii. ¶ Item de citatione vnius testis & relatio
ne nūcii, si notariꝰ tribunalis scripserit, deñ. sex boñ. Si vero se subscripserit tm̄, deñ.
duos boñ. Si vero plures testes citenť eodē cōtextu & cōmissione, & notarius tribu
nalis scripserit citationē: accipere possit a parte faciēte eos citari ꝑ quolibet alio te-
ste vltra primum, deñ. vnum boñ. paruoꝝ. Si vero hoc casu se tm̄ subscripserit nota
rius tribunalis, accipere possit de citatiōe vnius vel duoꝝ testiū tm̄, & eius registro
deñ. sex boñ. Plurium aūt quotcunq; fuerint, deñ. xii. boñ. & non plures. De iuramē
to vero cuiuslibet testis deñ. tres boñ. Et si fuerint plures testes in vno contextu: qui
iurauerint: tunc accipere possit pro iuramento cuiuslibet deñ. vnum boñ. paruorū.
Item de assumptione cōsultoris & termino statuto partibus: ꝙ deponant salariū cō
sultoris, & acta exhibeant consultori, & ꝙ allegent, vel allegationes exhibeant: vel
tradant cōsultori, deñ. xii. pro qualibet parte. Item de exhibitione consilii & eius ap
tura, & publicatione, & registro: si consilium contineat vnam peciam vel minus,
deñ. duodecim boñ. a qualibet parte. Si vero contineat plus ꝗ vnam peciam: solid.
duos boñ. a qualibet parte pro qualibet pecia. Item de qualibet ꝓnunciatione & seu
sn̄ia interlocutoria sup quolibet emergēti vel incidēti lata: si fuerit vnius peciæ, seu
vnius folii, vel abinde ifra solid. tres boñ. Si vero fuerit plus ꝗ vna pecia, accipiat ab
inde supra ad rōnem solid. duoꝝ ꝑ qualibet pecia. Item de examinatione testium
possit accipere notarius qui scripserit solid. duos boñ. pro qualibet pecia, & exami-
nator qui examinauerit totidem. Item de copia autentica earundem attestatiōum
possit accipere notarius solid. duos boñ. pro qualibet pecia. Item de sn̄ia diffinitiua
vel hñte vim diffinitiue ꝑ ꝓlatione, si quantitas contenta in sn̄ia fuerit a. x. lib. infra,
vel de re valente. x. libr. vel abinde infra: accipiat notarius sol. tres boñ. tm̄ a parte:
in cuius fauorem fuerit lata sn̄ia. Si vero fuerit a. x. lib. supra vsq; ad quātitatem. xxv.
lib. boñ. vel de re tantūdem ualente, accipiant solid. v. Si aūt fuerit de ꝗtitate. xxv.
libr. vel abinde supra usq; ad quinquaginta lib. boñ. uel de re tantūdem valēte, acci-
piant solid. vii. Saluo ꝙ si sn̄ia excederet in scriptura ipsius tres pecias: tunc liceat no
tario q de ipsa fuerit rogatus accipe & sibi solui facere ad rōnē sol. duoꝝ ꝑ q̄libet pe-
cia: qd

cia:qd

cia:qđ ꝯsistat in oībus tribus casibus supradictis i ellectiōe ipsiusq; notarii,p quē modū .s. de ipsis uelit sibi solui. Si vero sñia fuerit de q̃titate libr. quinquaginta, vel abinde supra vsq; ad centum:vel de re tantundem valente,tunc accipiant solid. decem. Si vero fuerit de quantitate a centum lib. supra vsq; ad mille libras, vel de re tantūdem valente:tunc accipere possit de primo centenario decem solid. vt supra dictum est, & abinde supra pro qualibet libra quantitatis:vel æstimationis rei contentæ in sententia duos deñ. boñ. & a mille lib. supra vsq; in infinitum vnum denar. pro qualibet libra excedente milliare. Si vero aliqua partium tam actoris q̃ rei vellet sñiam in publica forma, tunc possit notarius de ipsa rogatus, vel eius collega auctoritatem hñs ipsam autenticandi, & ei liceat accipere ab eo qui desiderabit ipsam habere in publica forma, & cui in dicta publica forma tradiderit:tantum quantum dictum est supra de prolatione sententiæ in omnibus casibus disponentibus vsq; ad quantitatē lib. cētum boñ. Abinde vero supra liceat ei accipere dimidiā tñ eius quod supra dictum est de quantitate excedente summam centum libr. Dūmodo in omnibus casibus prædictis idem notarius ordinate registrauerit dictam sñiam in actis, & eam in charta membrana tradiderit parti volenti eam:nisi ipsa pars spōte eam voluerit poni in processu causæ inter alia acta in chartis bombicinis. ¶ Item de cōmissione executionis sñiæ diffinitiuæ & eius registro, si quātitas fuerit vsq; ad quinquaginta lib. inclusiue, vel de re tantundem valente, solid. duos boñ. Si vero fuerit a quinquaginta lib. supra, tunc solid. tres. ¶ Item de relatione nuncii referentis executionem fecisse:& eius registro, si quantitas fuerit a quinquaginta lib. infra, solid. vnum. Si vero a quinquaginta lib. supra vsq; ad quantitatem centum libr. boñ. inclusiue:vel de re tantundem valente, solid. duos boñ. Si vero fuerit de maiori quantitate, vel de re tantundem valente vsq; in infinitum, sol. v. boñ. paruorum. Si vero aliqua partium voluerit copiam totius processus causæ uel partis, seu aliquorum actorum ipsius aliter q̃ in publica forma, tunc accipere possit notarius a parte petente eū:seu ipsa acta deñ. xviii. boñ. pro qualibet pecia, ita tñ ꝙ notarius qui dictam copiam fecerit, faciat & ponat prohemium dicto processui, & seu actus seriatim & ordinate cum circūstantiis & aliis pertinentibus ad talem titulum, significando etiam utrum ille talis ꝓcessus, siue acta sit totus, an vero pars processus causæ. Si uero uoluerit sibi tradi in publica forma, tunc notarius accipere possit solidos duos bon. ꝓ qualibet pecia. Et hoc statutum non fuit aliter reformatum.

¶ De solutione mercedis notarioꝝ ciuitatis & districtus Fauētiæ pro instr̃is & aliis scripturis extra iudicium de quibus fuerint rogati. Rubrica. LVII.

NE defectu mercedis vel præmii laboris instrumenta hominum non bene vel minus plene conficiantur, ordinentur, & in protocollis & septis suis per notarios de ipsis rogatos ordinentur, ponantur, & describantur, quoniam omnis labor optat condecenter præmiari. Idcirco hoc præsenti statuto in perpetuum valituro statuimus, firmamus, & ordinamus, ꝙ notarii tam ciuitatis q̃ cōmitatus Fauentiæ, quos continget rogari de aliquo instrumento : pro ipsius instrumenti prima nota, & ipsum:extense:seriose, & ordinate ponendo & describendo in publica forma in septis suis, & illud tradendo in publica forma in charta membrana parti, seu partibus ſm ꝙ requiret natura talis instrumenti accipere possint, & eis liceat sibi solui pro mercede & salario suo ſm taxationem infrascriptam. Cuius quidem taxæ & seu mercedis tertiam partem soluere teneantur ipsi notario rogato partes ambæ si ad ipsas ambas partes solutio mercedis talis instrumēti pertinebit. Alias vero pars ad quam tale instrumentum pertinebit, ipsam tertiam partem insolidum soluere teneatur. Residuum vero mercedis prædictæ soluere teneatur tunc quando dictus notarius dictum instrumentum tradiderit ei, & seu eis, qui ipsum notarium de dicto instr̃o rogauerit, vel ad, quem seu quos spectabit, vel sua intererit illud habere : ad quod tale instr̃m accipiendum, possit ipse notarius partē seu partes ſm ꝙ ipsam vel

ipsas tanget, cōpellere & cōpelli facere, & de mercede & salario suo sibi solui facere
ſm dictam infrascriptam taxationem, quam taxamus & limitamus ſm q inferius cō/
tinetur. ¶ In primis de instrumento simplicis venditionis factæ iuxta directā formā
& sine aliis solemnitatibus, si venditio fuerit precii decem libraꝝ, vel abinde infra
solid. quatuor boñ. paruorum. Si vero a decem libr. supra vsq; ad. xxv. inclusiue sol.
sex boñ. Si vero a. xxv. libr. supra vsq; ad quinquaginta lib. solid. octo boñ. A quin/
quaginta libr. vero supra vsq; ad centum lib. solid. decem boñ. A centum vero lib.
supra pro quolibet centenario: solid. tres boñ. Et si contingerit a dicto cētenario su/
pra, centenarium aliquod ruptum esse: tunc pro illo accipiatur pro rata centenarii
rupti ad rōnem dictoꝝ trium solidoꝝ. Si vero fuerit cum pactis vtilibus tale instr̄m
venditionis celebratum, tunc accipere possit vltra id quod supra dictum est: solidos
duos boñ. paruoꝝ in quolibet casuum prædictoꝝ. Si vero fuerit celebratum cū pa/
ctis vtilibus, & aliis solemnitatibus, puta cum præsentia iudicis, assensu attinentium
contrahentium, seu alicuius partis, vel fideiussionis præstatione, de euictione & le/
gitima defensione rei & iuramēto, tunc accipere possint & sibi solui vltra id: quod
supra dictum est, solid. duos boñ. in quolibet casuum prædictorum. Et si cōtingerit
in aliquo casuum prædictoꝝ in contractu venditionis securitatem aliquam præsta
ri, puta quia frater vēditoris, vxor, vel pater vxoris ipsius venditoris: vel aliqua alia
persona, quæ ius habeat, vel putetur habere in re vendita, renunciet suo iuri, tūc in
omnibus casibus supradictis, referendo singula singulis, accipere possit notarius sol.
duos boñ. paruorum pro hmōi securitatis præstatione vltra id quod supra dictū est.
Si vero huiusmodi securitates præstarentur de per se, & fieret de ipsius præstatione
instr̄m de per se, tunc notarius accipere possit pro sua mercede tantum quantum su
pra dictum est de instr̄o simplicis venditionis, habito semper respectu ad valorem
rei, cuius ꝑtextu talis securitas præstatur. Idem. s. quod supra dictum est de solutione
instr̄orum venditionum obseruetur in solutione instr̄oꝝ dationis in solutum, per/
mutationis, dotis, donationis inter viuos, depositi, mutui, finis: cessionis iurium, so/
lutionis debiti, societatis, locationis ad pensionem, ad laborandum, vel ad affictum
socidæ aīalium, conseruationis: indemnitatis, & similium. De instr̄o vero ꝯcessio/
nis in emphiteosim a laycis: seu aliquibus singularibus personis, si res concessa fue/
rit valoris quinquaginta libr. vel abinde infra, solid. x. boñ. Si vero fuerit a quinqua
ginta lib. supra vsq; ad centum, solid. duodecim. Abinde vero supra solid. xv. boñ.
Si vero interueniant solēnitates aliquæ, puta iudicis auctoritas: attinētium assensus:
& similes: tunc pro prædictis solēnitatibus accipiantur soldi duo boñ. vltra id, qđ
supra dictū est. Si vero fuerit instr̄m emphiteosis rei alicuius monasterii: loci vel ec
clesiæ, tunc soluatur notario pro sua mercede id seu tantum quantum consuetū est
solui temporibus retroactis de instr̄is concessionum dictarum reꝝ vel similium, seu
consuetum est vsitari in tali monasterio. Si vero cōsuetudo non sit, vel non possit
apparere, & res concessa fuerit valoris libr. centum, vel abinde infra, soluantur sol.
xv. Si vero abinde supra, solid. xx. boñ. De instr̄o vero pacis & concordiæ, si fuerit
de homicidio: vel de grauioribus delictis libras quinq; boñ. a parte in cuius fauorē
pax fieret. Si vero fieret in fauorem vtriusq; partis, puta quia delicta fuerunt cōmissa
hinc inde: & hinc inde pax facta fuerit, tunc accipere possit notarius libr. sex boñ. s.
libr. tres a qualibet parte. Si vero pax fieret super minoribus & fideiussores præsten/
tur, tunc accipere possit notarius pro sua mercede solid. xv. boñ. pro qualibet parte
si pax fieret in fauorem vtriusq; partis, & mutuæ fierent promissiones & obligatiōes
hinc inde. Si vero fieret in fauorem vtriusq; partis tantum, tūc accipere possit a par
te in cuius fauorem fit pax, solid. vigintiquinq; boñ. Si vero fieret super minimis &
fideiussores præstentur, tunc accipere possit notarius pro sua mercede instrumen/
ti solidos quinque bonoñ. a qualibet parte. Si vero in fauorem vnius partis tan/
tum, tunc accipere possit solidos octo bonoñ. ab ea parte, in cuius fauorem pax
fieret. ¶ Et si fideiussores præstentur, soluatur pro quolibet fideiussore vltra

id quod

id quod ſupra dictum eſt ſolid. vnus boñ. paruorum/De inſtro vero emancipatiõis, adoptionis, aditionis, vel repudiationis hereditatis tutelæ, curæ: actoriæ, & ſimiliũ ſolid. v. boñ/De inſtro vero procurationis ad negocia: ſi inſtrm fuerit plenum: & ꝓcurator generaliter fuerit conſtitutus, ſolid. viii. boñ/Si vero fuerit in cõi & leuiori forma, ſolid. v/Si vero fuerit ad vnum negocium tm̃ conſtitutus procurator, tunc ſolum ſolid. quatuor/De inſtro vero ſindicatus alicuius abbatis, vel prioris: vel Rectoris alicuius abbatiæ, monaſterii, vel eccleſiæ, vel alicuius ſocietatis: fraternitatis: collegii, vel alicuius corporis, ſocietatis, vel vniuerſitatis, ſolid. x. boñ/De inſtro vero cuiuſlibet ſubſtitutionis, ſolid. tres boñ. Saluo ꝙ ſi interſeruerit in eo inſtrm procurationis & mandati talir ſubſtituentis: ꝙ tũc accipere poſſit ſolid. tres boñ. ꝓ qualibet pecia ſcripturæ dicti inſtrumenti, mandati, & procurationis ſic interſerti vltra ſalarium inſtrumenti dictæ ſubſtitutionis/De inſtrumento vero inuentarii ab herede, vel tutore: vel cõmiſſariis, vel ſimilibus perſonis confecti ſolid. tres boñ. ꝓ qualibet pecia autentici, cõſiderato ꝙ notarius habet ponere illud in ſeptis, & ꝙ aliquæ ſolemnitates habent interuenire. Et ſimiliter ſolid. tres boñ. pro qualibet pecia ſcripturæ actorum & proceſſus cuiuſlibet inuentarii/De inſtro vero rõnis redditæ a tutore, curatore, procuratore, ſindico, caſtaldiõe, geſtore negociorum: ſocio, & his ſimilibus, ſi quantitas, & ſeu quantitates, & res de quibus reddita fuerit ratio fuerint de quantitate libr. centum: vel abinde, infra & ſine ſolemnitatibus iudicis attinentium: & his ſimilibus, tunc accipere poſſit ſolid. octo boñ. ſi fuerit in fauorem vnius partis tm̃/Si vero ambarum partium, ſolid. decem. ſ. quinq; a qualibet parte/Si vero fuerit a centum libr. ſupra, & in fauorem vnius partis tm̃, ſolid. xiiii. boñ/Si vero in fauorem vtriuſq; partis, tunc ſolid. xvi. boñ. ſ. ſolid. octo a qualibet parte/Si vero fuerit contractus celebratus cum ſolemnitatibus: puta in præſentia iudicis, & cum aſſenſu attinentium fideiuſſoris ꝑſtatione, & ſimilium: tunc vltra ſalarium prædictum accipere poſſit ſolid. tres boñ. ſi in fauorem fuerit vnius partis tm̃/Si vero ambarũ partium, tunc ſolid. quatuor. ſ. duos a qualibet parte/De teſtamentis aũt. ſ. ꝓ prima nota poſita in protocollis: ſi hereditas fuerit valoris lib. cẽtum, vel abinde infra ſolid. quinq; boñ. Si vero fuerit abinde ſupra ſolid. x. boñ. niſi fuerit tempore peſtis: quo caſu accipere poſſit notarius duplum eius quod ſupra dictum ẽ in prædictis duobus proxime præcedentibus caſibus. De ponendo aũt tale teſtm̃ ſeriose & in forma autentica in ſeptis notarii, & pro dãdo illud illi ad quem pertinet in publica forma & in charta membrana, ſi quantitas hereditatis fuerit a. xxv. lib. infra ſolid. x. boñ. & a xxv. lib. ſupra vſq; ad quinquaginta lib. boñ. ſolid. xxv. boñ. & a quinquaginta libris ſupra vſq; ad centum, ſolid. xl. boñ. Et a centenario ſupra vſq; ad quingentas lib. ſolid. x. pro quolibet alio centenario. Si vero hereditas fuerit valoris vltra quingentas libras boñ. tunc accipere poſſit notarius ſolid. v. boñ. pro quolibet alio cẽtenario excedente dictas quingentas libras vſq; in infinitum/De codicillis aũt factis tam ante teſtm̃ q̃ poſt teſtm̃ accipere poſſit notarius dimidiam eius, quod dictum eſt ſupra de teſtamentis in omnibus caſibus ſupradictis. Et idem intelligatur de primo teſtamento, ſi appareat teſtatorem aliud poſtea feciſſe teſtm̃. ſ. ꝙ notarius pro tali primo teſtamento accipere poſſit pro ſuo ſalario in omnibus caſibus ſupradictis dimidiam eius quod dictum eſt ſupra de teſtamẽtis. Et totidem accipere poſſit notarius idem vel quicunq; alius notarius rogatus de ſecundo, tertio, vel quarto teſtamento facto inter primum & vltimum quotcunq; reperiatur feciſſe idem teſtator. Et idem intelligatur in donationibus cauſa mortis. ſ. ꝙ accipere poſſit dimidiam eius, quod dictũ eſt de vltimis teſtamentis. Saluo ꝙ ſi teſtator, codicillator, vel donator fecerit teſtamentum, codicillos, vel donatiõem cauſa mortis tempore peſtis: & fuerit infirmus tempore confectionis huiuſmodi teſtamenti codicillorum: vel donationis, tunc & eo caſu notarius poſſit & ei liceat accipere pro prima nota vltra totum id quod ſupra dictum eſt ſolid. decem boñ. Non liceat tñ huic notario hos decem ſolidos velle ſibi ſolui anteq̃ accedat ad conficiendum tale teſtm̃: codicillos: vel donationem cauſa mortis: ſed potius teneatur facere inducias de ipſis ſoluẽdis ſibi q̃ñ de reſiduo

ſibi ſatisfiet. De teſtamento aũt ceci tñ accipere poſſit notarius principalis, qui ſcri-
pſerit & ſe ſubſcripſerit quantum dictum eſt ſupra de vltimis teſtamentis: & quilibet
notarius, vel alius qui ſe ſubſcripſerit & ſigillauerit accipere poſſit ſolid. tres bonoñ.
De teſtamentis, codicillis, inſtris, & ſcripturis aũt tranſumptis ex ſeptis & protocol-
lis notariorum defunctorum vel abſentium per aliquem notarium: qui auctoritatẽ
habuent ſumendi & eleuandi illa in publicam formam recipere, & habere poſſit no-
tarius qui illa ſic ſumpſerit & eleuauerit in publicam formam de dictis ſeptis quantũ
recipere & habere potuiſſet notarius qui de illis fuerit rogatus, ſi ipſa in publicã for-
mam traderet parti, dũmodo ſcomputare teneatur facienti eleuare illa ſeu parti oẽ
id quod de dicto ſalario habuiſſet principalis notarius, qui fuit de huiuſmodi teſta-
mento, vel inſtrumento rogatus. Non tñ poſſit aliquis notarius cui cõmiſſa ſint ſe-
pta, ſeu protocolla alterius notarii compellere aliquem ad faciendum eleuare, vel
recipiendum ab eo aliquod teſtm̃: vel inſtm̃: vel ſcripturam, niſi de ipſo, vel de ip-
ſa autenticanda fuerit primo requiſitus ab eo cuius intereſt. ¶ De ſecuritate uero
cuiuſlibet alterius perſonæ, ſi fuerit de collectis ſoluendis, uel pro aliqua promiſſiõe
quæ fieret maſſario uel officiali alicuius officii tam ſuper ordinariis q̃ ſuper extraor-
dinariis ſui officii extra maleficia accipere poſſit notarius illius officii a ſatiſdante ſo-
lidũ unum & deñ. ſex boñ. pro dicta ſatiſdatiõe & omni apodiſſa quam deberet ha-
bere ſatiſdans, vel expediret eum habere quacunq; de cauſa dicta occaſione. Si uero
fuerint plures ſatiſdantes, tunc accipere poſſit notarius deñ. ſex boñ. pro quolibet ul-
tra primum, ita tñ q̄ expenſa talis præſtationis ſit cõis inter ipſos præſtantes dictam
fideiuſſionem. Si uero dicta ſecuritas ſeu fideiuſſio præſtaretur ſuper maleficiis, & p-
ſtaretur de quãtitate librarum. xxv. boñ. vel abinde infra: accipere poſſit notarius di-
cti officii a dicto præſtante pro præſtatione huiuſmodi fideiuſſionis & ſubſcriptiõe
apodiſſæ: & regiſtrando eam in quaterno, ſolid. duos boñ. paruorum. Si vero præ-
ſtaretur pro quantitate excedente. xxv. libr. vſq; ad quinquaginta, tũc accipere poſ-
ſit notarius ſolid. tres boñ. Si uero pro quantitate excedente libr. quinquaginta uſq;
ad libras centũ, tunc accipere poſſit notarius ſolidos quatuor. Si vero exceſſerit lib.
cẽtũ uſq; ad ducẽtas, ſolid. quinq;. Abinde uero ſupra ſolid. ſex boñ. & non ultra. Si ue-
ro fuerint plures qui pro eodem delicto uel maleficio ſatiſdarent: tũc & eo caſu poſ-
ſit notarius accipere pro quolibet ultra primum ultra id quod ſupra dictũ eſt ſolid.
unum boñ. paruorum, tamen talis expenſa ſit cõis, & cõiter, & equaliter diuidatur
inter dictos ſatiſdantes. ¶ De cancellatione uero cuiuſlibet condemnationis acci-
piat notarius ſuper ipſis cancellandis deputatus, & pro ipſis cancellandis liceat ſibi
ſolui & accipere pro ſua mercede cãcellaturæ, ſeu abolitionis & totius eius quod re-
quiritur circa ipſam cancellaturam quantum eſt pro labore & mercede ipſius nota-
rii: videlicet ſi condemnatio fuerit de auere & perſona ſolid. xxv. boñ. paruorũ. Si
uero fuerit de mille libr. boñ. uel abinde ſupra ſolid. xv. boñ. Si uero fuerit a mille
lib. infra uſq; ad quingentas lib. tunc ſolid. decem boñ. Si uero fuerit de quantitate
a quingentis libris infra uſq; ad centum lib. tunc accipiant ſolid. ſex boñ. Si uero a
centum lib. infra uſq; ad quinquaginta, tunc ſolid. quinq;. Si uero a quinquaginta
lib. infra uſq; ad. xxv. lib. tũc ſolid. quatuor boñ. Si uero a. xxv. lib. infra uſq; ad decẽ,
tunc ſolid. tres boñ. Si uero a decem lib. infra: tunc ſolid. duos & deñ. ſex boñ. tãtũ
& non plures. Pœna cuilibet contrafacienti in quolibet prædictorum dupli eius qđ
plus acceperit, uel ſibi ſoluerit q̃ debuerit per formam præſentis ſtatuti cõi Fauẽtiæ
applicanda. Tamen in omnibus caſibus præſentis ſtatuti poſſit & debeat haberi rõ
facultatis & ſufficientiæ notarii rogati & dictantis, & eius dictaminis, ita q̄ quotieſ-
cũq; notarius rogatus foret de aliquo inſtrõ vl ſcriptura aliq̃, q̃ ſeu qđ requireret altio-
rẽ indaginẽ p̄ambulũ, uel narratiões aliq̃s: uel lõgũ dictamẽ, tũc poſſit & ei liceat ac-
cipere plus q̃ ſibi ſit ſupius ordinatũ p formã pñtis ſtatuti id plus qđ arbitrio iudicis
fuerit declaratum. & hoc ſtatutum nõ fuit aliter reformatum.

¶ De ſalario & mercede ſcripturarum: quæ fiunt extra ordinẽ ciuilis iudicii. Rubrica. LVIII.

Verum

VErum quia aliquando reus citatus venięs confitet intentionē actoris. Aliqñ contumaciter abest. Aliqñ vero cōparens respondet actori sup intentione. Sed postea se absentat & cōtumaciter abest/ & istis casibus ordo ciuilis iudi/cii seruari non pōt. Immo necessariū est vt quadā alia via extraordinaria ꝑcedatur quo casu diuersa acta fieri cōsueuerunt. Iccirco posita meta salarii & mercedis scri/pturarum quæ occurrunt in processu iudicii ordinarii. Restat nunc metā & tassam imponere pro scripturis quæ vt plurimum occurere consueuerunt in dictis processi/bus extraordinariorū iudiciorū/quā ponimus/limitamus & tassamus in hunc mo/dum/vȝ/quia citato reo:& ipso cōparente & sine aliqua resistentia confitente debi/tum & petente terminū ad soluendum/tunc soluat notario tribunalis/pro dicta cita/tione & relatione per dictum actorē solidus vnus bonoñ. paruorū. Si quantitas fue/rit decem librarū vel ab inde supra. Si vero fuerit a decē libris infra denarios sex bo/noñ. tantū & non plus/De precepto vero in cōfessum facto tali debitori. Si quanti/tas fuerit librarū. xxv. vel ab ide infra solidum vnū bono. Si vero ab inde supra vsq; ad. l. libras tunc solidos duos. Si vero a. l. supra vsq; ad centū tunc solidos tres bon. Ab inde vero supra vsq; in infinitū solidos quinq; bono. tantū soluēdos notario tri/bunalis per debitorē vel per ipsum creditorē expensis tamen dicti debitoris/Si vero debitor nō soluerit ad terminū & creditor voluerit dictū præceptum in publicā for/mam, tunc accipere possit notarius pro ipso autēticando duplū eius quod supradi/ctum est in omnibus casibus supradictis referēdo singula singulis/Si vero reus nō cō/paruerit sed cōtumaciter aberit tunc fiant solutiones notariis hoc modo vȝ/& plus accipere eis nō liceat. In primis de prima & secunda cittatione/relationibus nuntii & pro cittatione facta per ꝑconē ad arengheriā & ad domū vel in cōtrata cittati & relatione nūtii & ꝑconis & accusationibus ꝯtumaciæ pro q̄libet ipsarū & eorū regi/stro accipere possit notarius tribunalis vbi causa agitat quantū supradictū est in ter/tio proxime præcedenti statuto de cittatione/Et similiter de libello & eius produ/ctione & registro tantū quantū supradictū est in dicto tertio proxime præcedēti sta/tuto/De sentētia vero interlocutoria seu pronunciatione alicuius contumacis & lit/tera seu comissione executionis ipsius interlocutorie & relatiōe nuntii solidos tres bono. paruorum/si quantitas vel res petita seu in petitione vel libello cōprehensa fuerit. lib. xxv. bono. vel rei tantundē extimationis vel ab inde infra/Si vero fuerit a xxv. libris supra vel de re ab inde supra valente tunc accipere possit notarius pro ip/sius prolatiōe & registro solidos tres bono/Item de cōmissione executionis talis in/terlocutorie seu de dando tenutā vigore talis interlocutorie & pro relatiōe nuntii denarios. xii. bon. paruorū/Item pro cōmissione cuiuslibet subhastationis & relatio/ne nuntii & eius registro denarios. xii. bono. paruorū/Item pro denunciatione fa/cta reo & relatione nuntii seu nuntiorū & accusatiōe ꝯtumatie denarios. xii. bono. /Si vero reus vigore publici īstrumēti vel alias mittatur ad carceres vel alias pro de/bito detineat tunc accipere possit notarius tribunalis ꝑ detentione & relatiōe nun/tii, si quantitas seu debitū fuerit a. l. libris infra solidū vnum bono. Si vero ab inde su/pra, tunc solidos duos. Si vero ipsius rei copia nō possit haberi, & pro debito ponat in bāno idem, quod dictū est/de captura/obseruet. De qualibet vero simplici pigno/ratione, si quātitas fuerit a quinq; libris infra denarios sex, ab inde vero supra, solidū vnū. Si vero reus cōpareat & volens recuperare tenutaȝ vel exire de bāno & in suis exceptionibus audiri & prestet satisdationē, tunc accipere possit notarius tribunalis & sibi solui facere de ꝑductiōe registro cuiuscūq; scripture quā ꝑducet ipse reus vo/lens audiri, ad rationē solidorū duorum bono. paruorū pro qualibet petia. Et si fue/rit minus petia solidum vnum. Et petia intelligat vt supra in alio statuto dictum est de quinquaginta lineis & linea de. xv. dictionibus. Item pro prestatione cuiuscūq; fi/deiussionis solidū vnū. Si autē reus in cōtumatia perseuerauerit & procedat in cau/sa, tūc de cittatione testiū/relatione & eorū iuramento. Item de cittatione extimato/rum relatione nuntii eorū cōparitione & eorū iuramento, tantum quantū dictum est de testibus in alio statuto. Item de eorū relatiōe extimationis si res fuerint tres vel

ab inde infra solidũ vnũ. Ab inde supra solidos duos bon. paruoꝝ tantum. Et de pro
ductione quorũcunq; capituloꝝ instrumentoꝝ & iuriũ & eorum registro accipere
possit notarius tribunalis & sibi solui tantũ quantum supradictum est de similibus in
tertio proxime precedenti statuto. Si vero contingat rem seu res datas in tenutã ex
primo decreto vendi iure creditoris tunc soluat notario banchi de instrumento di
cte venditiõis hoc modo vz ꝙ si res vendita, fuerit vendita.xxv.libris vel ab inde
infra tunc accipere possit dictus notarius solidos quinq; bon. Si vero fuerit ab inde
supra vsq; ad quinquaginta libras, tunc solidos octo bono. Si vero fuerit a quinqua
ginta libris supra vsq; ad centũ tunc solidos decẽ bono. Si vero fuerit a centuz libris
supra vsq; ad quingentas, tunc solidos.xv.bono. Ab inde vero supra vsq; in infinitũ
solidos.xx.bono. Et pro dando ipsum instrumentum emptori in publica forma in
mẽbrana vel in cartis bõbicinis inter acta ꝓcessus cause si emptor maluerit illud cũ
dictis actis in eodem processu accipere possit ipse notarius pro sua mercede di
cti autentici & seu copie in publica forma traditi dimidiam tantum eius quod su
pradictũ est pro prima nota seu registro in omnibus casibus supradictis & non plus.
Si aũt res non vendat sed procedat ad adiudicãdum in solutũ creditori res in tenu
tam acceptas tunc de productione petitionis secundi decreti & registro eius solua
tur notario ad rationẽ duoꝝ solidoꝝ pro qualibet petia & similiter pro productio
ne expensarum factarũ in causa & earum registro cõmissione ad tassandũ relatione
tassatiõis & declaratione iudicis & eorũ registro. De cittationibus vero factis ad au
diẽdũ sentẽtiã ad iudicationis relationibus & accusationibus ꝯtumatiaꝝ soluat no
tario tm̃ quãtũ dictũ est supra in tertio proxime precedenti statuto de cittationibus
similibus factis in ordinario iuditio. De ꝓlatione vero sententie ad iudicationis in
solutũ & de eius registro & similiter de autentico seu copia danda in publica & au
tentica forma tantũ quantũ supradictum est in tertio proxime precedẽti statuto de
sententia diffinitiua in omnibus suis casibus secundum distinctionẽ factam de ipsa
diffinitiua. De cõmissione vero de inducendo creditorẽ in possessionẽ rei seu rerũ
adiudicataꝝ ex secũdo decreto & ꝓ relatiõe nuntii & registro accipiat & accipere
possit notarius tribunalis solidũ vnũ bono. paruoꝝ. De copia vero ꝓcessis dãda ipsi
actori in publica forma solidos duos bono. pro qualibet petia. Ita tñ ꝙ registrũ dicti
ꝓcessus seriose & in forma ordinatũ & positũ & ꝑ ipsos seruãdum remaneat penes
ipsos notarios alias nihil accipere possit ꝓ sua mercede talis registri. Et si accideret
aliqua acta actitari vel fieri tam in ꝓcessu iudicii extraordinarii ꝙ̃ ordinarii de qbus
non sit specificata vel determinata specialis solutio per hoc presens vel per tertium
precedens statutũ vel per aliquod aliud statutum tunc ꝓ solutione notariorũ pro
cedatur de similibus ad similia & sic soluatur ipsis notariis tribunalis. Illud idem in
telligat de scripturis actis & actitatis & factis coram arbitris & arbitratoribus: quũ ar
bitria ad instar iudiciorum sint redacta.

¶ De salario nuntiorum & tubatorum cõmunis Fauentie. Rubrica. LIX.

STatuimus & ordinamus ꝙ pro proclamatione facta per nuntium soluantur eis
tres denarii. Bãnitori vero cũ tuba soluatur vnus solidus & non plus.

¶ De copia actorum fienda. Rubrica. LX.

ORdinamus & sancimus ꝙ notarii qui sunt ad aliquod tribunal causarũ ciui
lium teneantur permittere videri & legi cuicũq; volenti, cuius inter sit acta
sine solutione aliqua incontinenti qñ producunt aut fiunt & eorum copiã
dare recepta mercede sibi debita secundũ formam statutoꝝ de tali mercede loquẽ
tium sub pena solidorum.xx.bono. pro qualibet vice de facto auferenda. Et ꝙ nota
rius qui acta scripserit teneat omnia acta corã eo ꝓducta vel per ipsum facta & oẽs
alias scripturas publicas vel priuatas in causa productas infra quintã diem registrare

in libro sub eadem mea pena auferenda pro qualibet vice & pro qualibet scriptura. Quem librũ teneat presentare iudici cause vel ei ad quẽ iudex mandauerit sine mercede aliqua solui tñ debeat dicto notario de tali registro secũdum formam traditam in statuto disponente de mercede notariorum pro scripturis in contradictorio iudicio productis & registratis. A prædicta aũt registratione excipimus acta publica seu copias publicas actorum factas in alia curia seu corã alio iudice arbitris vel arbitratoribus quæ producerent corã dictis notariis seu eorũ iudicibus de quibus sufficiat scribere in actis productionem distinctam & certam, ita q̃ apparere possit de corpore talium productorum.

De executionibus ciuiliũ causarũ & debitorũ priuatorũ. Rubrica. LXI.

STatuimus/prouidemus & ordinamus q̃ de cetero in ciuilibus causis & mixtis ac maxime damnorum datorum & in exactione collectarum quarũcunque & priuatorũ debitorũ fieri non possint nec debeãt executiões seu grauamina quæuis realia vel personalia nisi per executores & familiã domini Potestatis dictæ ciuitatis & nõ per aliũ quẽuis ẽt barisellum quẽcunque, & si aliter fieri contingat, talis executio grauamen & exactio sint ipso iure nulla & nullũ nulliusque roboris & momenti. Et ille ad cuius instantiã talis executio, exactio & grauamen fieri contigerit per alium quẽuis q̃ per ipsos executores & familiã dicti domini Potestatis incidat ipso iure in penã lib. quinque bon. pro qualibet vice qua contrafactũ fuerit. Et prædicta non vendicẽt sibi locum, qñ talis executio facta appareret per alium executorẽ iussu & mandato officii Dñorum Antianorum.

INCIPIT LIBER QVARTVS DE MALEFICIIS.

De modo & forma procedendi super maleficiis. Rubrica. I.

S

Tatuimus q̃ in quibuscunque criminalibus causis seu ẽt mixtis Potestas Fauentiæ & eius vicarius sint & esse intelligant cõpetẽtes & ordinarii iudices & q̃ in omnibus & singulis maleficiis excessibus & delictis cognoscendis decidendis & terminãdis idem Potestas vigore sui officii & auctoritate præsentis statuti & eius vicarius & eorum quilibet eorũ mero officio ẽt per inquisitionem hebeant & habere censeant plenã & omnimodã cognitionem iurisdictionẽ & potestatem ac merũ & mixtum imperium & ipse Potestas solus habeat gladii potestatẽ, ita q̃ causæ huiusmodi & processus super præmissis omnibus & singulis cognoscendis & terminandis tam per dominum Potestatem q̃ per eius vicariũ tam coniunctim q̃ diuisim & econtra expediri possint & terminari nõ attenta præuenire alicuius eorũ, sed q̃ vnus eorũ inceperit alter ex eis prosequi possit & finire & econuerso, saluo & excepto q̃ sentẽtiæ diffinitiuæ ex quibus pena psonalis insurgeret vel pecuniaria maioris quãtitatis centum lib. bono. pronuntientur per. d. Potestatem tantum, vel si officium domini Potestatis tunc defecisset seu deficeret pronuncientur per eum q̃ loco eius præerit regimini cõis Faueñ. ad hoc designatus & electus per cõsilium generale dictæ ciuitatis. Et nihilominus vicarius Potestatis possit in dictis causis & casibus vbi & in q̃bus pena pecuniaria excederet quãtitatẽ centum librarum cognoscere procedere sententiare & terminare ex cõmissione sibi in casu præmisso facta per Potestatem. Insuper decernimus & ordinamus i dictis causis maleficiis excessibus & delictis vt supra cognoscendis expediendis & puniendis ad denũciationẽ capellanorum capitulariorũ & iuratorũ ciuitatis comitatus & districtus Faueñ. Necnon & in casibus in quibus permissum est ad accusationem illorum quorum interest & etiam per modum inquisitionis ex officio in casibus in quibus de iure

prouisum est, reseruatis tamen aliis statutis & ordinamentis dictæ ciuitatis. Cuilibet
tamen legittima defensione reseruata, summarie de plano sine strepitu & figura iu/
dicii, & quolibet die etiam feriato præterq̄ in honorē dei procedi possit & ꝓcedat
hac forma tamen reseruata videlicet ꝙ quicunq; denunciatus accusatus vel inq̄situs
fuerit pro aliquo crimine · delicto, excessu seu maleficio cōtra quē procedi cōtingat
primo cittetur ex parte dicti dñi Potestatis seu eius vicarii sic procedētis semel tātū
si personaliter inuentus fuerit per vnū ex nuntiis cōis Faueñ. coram dicto dño Pote
state seu eius curia vna die pro sequenti iuridica ad se excusandum & defendendū a
denontia seu accusatione vel inquisitione cōtra eum formata cum dimissione eidē
sic citato copie cittationis in scriptis continentis substantialē tenorē & effectū denū
tiationis accusationis siue inquisitionis huiusmodi, quæ cittatio scripta sit vel saltē
subscripta manu notarii ad maleficia deputati, alioquin si prima vice ꝑsonaliter nō
fuerit inuentus cittetur bis, videlicet primo & secūdo diuersis tamē diebus videlicet
in singulis dictis duabus cittationibus ex interuallo dierum faciendis vna die ꝓ alia
proxime sequenti iuridica ad domum sue habitationis ad se excusandum & defen/
dendū vt supra cum dimissione ibidem dictarū cittationū sic factarum continentiū
tenorē & effectum vt præfertur denuntiationis accusationis seu inquisitionis prædi
ctarum similiter scriptarū vel subscriptarum. Malefactores vero seu delinquentes va
gabūdi ac forenses, & alii quicunq; non habentes tempore quo cittātur, domiciliū
vel habitationē in ciuitate Fauentiæ vel eius comitatu seu districtu cittari debeant
vna die pro alia proxime sequēti iuridica cū affixione & dimissione similis cittatio/
nis ad domum in qua talis denūtiatus/accusatus vel inquisitus tpe maleficii cōmissi
vel ante per annum aut infra dictū annū habitabat in dicta ciuitate Faueñ. comitatu
vel districtu, & post terminū dictæ cittationis per præconē ad arrēgheriā cōis sono
tube præmisso alta & præconia voce cittetur etiam infra terminum quinq; dierum
ad se excusandū & defendendū a denuntia seu accusatione vel inquisitione contra
eum formata referendo eius tenorem. Alioquin si dictam domū habitationis tunc
& tempore de quo supra non habebat cittetur simili modo bis ex interuallo tēpo/
ris per vnum ex præconibus seu bannitoribus cōis Faueñ. sono tube præmisso alta
& præconie voce ad dictā arrengheriā palatii cōis Faueñ. de mandato dicti dñi Po/
testatis seu eius vicarii, videlicet duabus diuersis cittationibus quarū singula & quæ
libet earū fiat cū termino triū dierū ex tunc proxime sequentiū, ita ꝙ si vltima dies
dicti termini fuerit feriata cadat in sequentē diē iuridicā imediate sequentē, ad se ex
cusandū & defendendū a denuntiatione accusatione seu inquisitione cōtra eū for/
mata occasione talis maleficii seu delicti referendo in eadem cittatione & tūc quā/
do fiet talis cittatio substantiam seu effectum maleficii seu delicti perpetrati. Quæ
cittatio ad arrengheriā fiat vt præfertur per præconem seu bānitorem cōmunis in
die post horam tertiarum & ante vesperos vt sic melius & facilius deuenire possit
ad notitiam talis sic cittati. Quod si denuntiati accusati vel inquisiti de quibus su/
pra in omnibus & singulis casibus prædictis comparuerint & confessi fuerint male/
ficium tunc si pena pecuniaria fuerit solueñ. & idoneam cautionē dederint de sol/
uendo penam seu condemnationem audiantur. Alioquin detineantur in carceri/
bus donec soluerint dictam penam seu condemnationem sic soluendam. Reserua/
to eis beneficio confessionis secundum formam statutorū Faueñ. de hoc loquētiū.
Si vero ipse comparens negauerit maleficium de quo sit pena pecuniaria non au/
diatur in ipsa responsione nisi primo idonee satisdederit de iuditio sisti & iudicatū
soluendo qua satisdatione præstita statuatur ei sic neganti per iudicē terminis octo
dierum ad faciendum omnes suas defensiones. Si autem aliquis denuntiatus accusa
tus vel inquisitus in casibus in quibus ageretur de pena pecuniaria maleficium con/
fiteretur, ex quo prætenderet se non teneri ad penam aliquam ex aliqua causa pro/
posita quæ videretur iudici probabilis & legittima, si vera inueniretur & probaret
in facto vbi probanda foret: tunc talis denuntiatus/accusatus vel inquisitus præstita
per eum idonea satisdatione de iudicio sisti & iudicatum soluendo, audiatur & sibi

similiter statuatur terminus octo dierum ad faciēdum omnes suas probationes seu defensiones. ¶ Si vero pena corporalis veniret imponenda, in carceribus detineat & contra eum procedatur secundum formam iuris & statutorum Fauen.

¶ Et quicunq; negauerit maleficium, de quo pena pecuniaria veniat imponenda, si conuinctus fuerit de maleficio per legittimas probationes & per sententiam secu tam contra eum, cōdemnetur in pena dupli eius in quo venisset condemnandus, si maleficium de quo conuinctus fuit non negasset. Et q accusatori in casibus in qui bus interuenit accusator, vel eius procuratori ad probandum suam accusationem, si fuerit negata in totum vel in parte, & ad probandum sibi incumbentia statuatur terminus octo dierum. Et q infra dictum terminum octo dierū vtriq; parti (vt prefertur) statuendorū v3 tam accusator q̄ accusatus vbi accusatio interuenit, seu processum fuit per modum accusationis accusatore interueniente debeat probare per omnem modum probationis. Et de cetero non audiatur aliqua dictarum partium nisi iustitia cause moueret iudicem ad aliam dilationem dandam. Elapso vero termino probatorio in quacūq; causa criminali, vbi reus comparuerit & se defendere voluerit & admissus fuerit, seruatis iis de quibus in presenti statuto, publicentur atte stationes testium, si testes producti & examinati sunt & detur terminus iudicis arbitrio ad accipiendum copiam de productis & probatis & ad opponēdum & probādum contra, per quam tamen publicationem non intelligatur preclusa via reo faciendi & deducendi omnes suas defensiones, etiam vsq; ad sententiam exclusiue. Eoq; decurso statuatur terminus ad allegandum, post quem feratur sententia condemnatoria vel absolutoria pro vt iustitia suadebit. Si autem talis denūtiatus, accusatus vel inquisitus vt supra citatus, contumax fuerit & nō comparuerit in termino seu terminis dictarum citationum, de mādato domini Potestatis seu eius vicarii ponatur in banno in palatio cōmunis Fauen. ad arēgheriam dicti palatii per quēcūq; ex preconibus seu bann:toribus cōmunis Fauen. in solidum alta & preconia voce sono tube premisso cum assignatione termini octo dierum ad comparēdum corā dicto domino potestate seu eius curia, ita tamen q si nō venerit & se p̄sentauerit infra dictum terminum, expost sit & esse intelligatur in banno cōmunis Faueñ. & habeatur pro confesso de maleficio de quo fuerit denūtiatus, accusatus vel inquisitus & condemnari possit & debeat per dominum Potestatem seu eius vicarium vel iudicem, aut per alium ex eis in casibus in quibus eis vel alicui eorum competit ad id iurisdictio ex forma presentis statuti, ac si venisset ad mandata eorum vel alicuius ipsorum, singula singulis congrue referendo & confessus fuisset maleficium & probatum esset contra eum id de quo denuntiatus, accusatus vel inquisitus fuisset, compēsato dicto banno in ipsa condemnatione, ita tamen q si comparuerit quādocunq; ante sententiam admittatur & recipiatur eius excusatio & defensio eo cōstituto in carceribus vel prestita idonea satisdatione, vt supra in presenti statuto sancitum est, vel vbi hoc statutum non disponeret, prout de iure cautum est. Possint tamen dicti dominus Potestas eiusq; vicarius dictas citationum, responsionum, bannorum dilationes & omnes alios terminos prorogare & longiores statuere ac de nouo dare quandoeunq; sibi videbitur expedire super quocunq; processu & causa criminali, de consensu tamen Dominorum Antianorum pro tempore presidentium regimini cōmunis & populi Faueñ. & non alias nec aliter, nisi in casibus in quibus aliter dictis iudicibus vel alicui eorum expresse per formam presentis statuti in aliqua eius parte permissum esset. Volentes tamen & decernentes q quando per inquisitionē proceditur, legittima indicia precedere debeant quorum copia petentibus iudex decernere & dare teneatur, q̄q; nulla condemnatio infringi possit ex defectu solemnitatis non seruate dummodo de maleficio legittime constet & non aliter.

¶ De Aduocatis, Procuratoribus, & aliis non admittendis in causis criminalibus nisi in casibus infrascriptis. Rubrica. II.

CVpientes atrocia delicta quæ capitali pœna, aut alia corporis afflictiua plectũtur omnino puniri, vt talium delinquentium pœna aliis transeat in exemplũ & vt tollatur abusio, & corruptela hactenus obseruata, ea qua multi nocentissimi homicidæ, & delinquentes impune euaserunt, quũ eorum procuratores, excusatores, & intercessores variis modis & oominibus admissi a iusdicẽtibus fuerint. Propterea statuimus, sancimus, & ordinamus ꝙ de cætero dominus Potestas ciuitatis Fauentiæ, seu eius vicarius, vel alius quiuis iusdicens in dicta ciuitate ordinarius, seu extraordinarius, seu delegatus non audeat, vel p̄sumat de cætero quouis colore quæsito i causis criminalibus homicidii, aut cuiusuis alterius delicti pro quo de iure cõmuni, aut ea forma statutorum, & ordinamentorum dictæ ciuitatis, seu coostitutionum prouincialium. S.M. Ecclesiæ imponi deberet, & debeat pœna vltimi supplicii, aut alia corporis afflictiua, admittere vel audire aduocatum aliquem seu procuratorem, aut quemuis alium simplicem, & merum excusatorẽ innocentiæ defensorem, seu tanq̃ vnum de populo, vel alio quouis oomine comparentem ad defendendum, vel excusandum aliquem inquisitum, denuntiatum, vel accusatum de, & super dictis delictis, nec scripturam aliquam excusationis, defensionis, seu innocẽtiæ ostẽsionis admittere, vel recipere aut admitti facere, nisi prius, & ante omnia tales accusati, denuntiati, vel inquisiti pro huiusmodi maleficiis personaliter comparuerint, & se præsentaueriot in carceribus cõmunis Fauẽ. seu in manibus præfati dñi Potestatis, aut alterius iusdicentis, & de huiusmodi causa, & causis cognoscẽtis se cõstituerit, & omnis processus aliter factus, omnisq; sententia absolutoria lata super talium reorum defensione & excusatione sit ipso iure nullus & nulla nulliusq; roboris & momenti, nisi esset pater, aut alius ascendens in huiusmodi causis sic pro dictis delictis actitandis qui compareret pro filio suo, aut alio suo descendente ea linea masculina, vel e contra filius pro patre, aut alius ex dictis descendentibus pro suis ascendentibus, quos omnino admitti, & audiri volumus, & mandamus, etiam si tales denuntiati, inquisiti, vel accusati aliter noo comparuerint nec se personaliter præsentauerint, dummodo tales denuntiati inquisiti vel accusati alias illicite non deliquerint occidendo, vel vulnerãdo, vel oisi allegaretur homicidium, aut tale delictum fuisse comissum ad ipsius homicidæ, & seo offendentis sic inquisiti, denuntiati, vel accusati necessariam defensionem, dummodo vt supra alias non deliquerit vel nisi allegaretur comissum fuisse cõtra bãnitum in pœnam vltimi supplicii, qui impune ea forma statutorum Fauẽ. in personam poterat occidi, quibus casibus volumus, & firmamus procuratores, aduocatos, & defensores, & quemlibet alium pro dictis reis comparentem ad prædicta allegandum, ostendendum, & probãdum admitti, & audiri etiam ipsis reis aliter non comparentibus, nec se præsentantibus in carceribus, aut in manibus dicti domini iudicis.

¶ Io causis autem criminalibus actitãdis super delictis pro quibus pecuniaria pœna imponi debet, volumus, & mandamus procuratores, aduocatos & intercessores quoslibet ipsorum reorum legittime comparentes audiri & admitti ad ipsos reos excusandum & defendendum, etiam si aliter se oon præsentarẽt rei huiusmodi, dũmodo pro ipsorum reorum parte primo præstetur idonea satisdatio de iuditio sisti & iudicatum soluendo & noo aliter nec alio modo.

¶ De pœna blassemantis. Rubrica. III.

AD honorem omnipoteotis Dei, ac beatæ Mariæ semper virginis eius matris totiusq; cælestis curiæ triumphantis, statuimus, & ordioamus ꝙ quicunq; in ciuitate Fauentiæ, comitatu, seu districtu maledixerit Deo, vel beate Mariæ virgini, seu quocunq; alio modo blassemauerit Deum, & Virgioem condemnetur in libris. xxv. boñ. SI vero alicui, vel aliquibus ex sanctis suis maledixerit, seu de ipsis blassemiam emiserit condemnetur in lib. x. boñ. Et quilibet possit accusare & denũtiare, & habeatur pro plena probatione iuramẽtum dicti accusatoris cũ dicto vnius

testis idonei,cuius pœna dimidia sit dicti accusatoris,quam pœnam si idem reus sol uere non valuerit,seu distulerit infra.x.dies ex tunc inmediate futuros ligatis mani bus fustigetur.Si plures de blastemia accusatus,& conuictus fuerit non soluendo di ctam pœnam pecuniariam infra dictum terminum vltra dictam fustigationẽ etiam ei lingua abscindatur.

De Pœna homicidii. Rubrica. IIII.

Cum omni lege homicidii reatus damnetur,sitq; rationi consonũ vt qui aliũ perdit,ipse quoq; occidatur.Ideo hac præsenti lege sancimus & ordinamus q̃ si quis in ciuitate Fauentiæ,seu eius comitatu,& districtu homicidium co miserit,seu comiti mãdauerit,si captus fuerit, capitis pœna plectatur,ita q̃ omnino moriatur.Sin autem capi non potuerit,tunc perpetui banni capitis sententiam pa tiatur,& eius bona publicentur, qui sic bannitus quandocunq; captus fuerit illico capite,vt supra puniatur,& tunc talis publicatio bonorum aliter fortiri non possit nec debeat effectum,nisi talia bona,tunc fuerint in fiscum incorporata,quũ satis sit eum vltimi supplicii pœnam sustinuisse,nam publicationem bonorum cessare vo lumus,quãdo talis sic delinquens passus fuerit corporalem pœnam,nisi tale delictũ comissum fuerit prætio, aut contra.D.Gubernatorẽ, seu contra.D.Potestatem di ctæ ciuitatis,eiusq; vicarium,seu alium Rectorem.S.R.E.seu contra aliquem de nu mero Antianorum dictæ ciuitatis pro tempore præsidentem,aut iudicem primarũ appellationum,aut contra patrem, vel alium ascẽdentem per lineam masculinam seu filium,aut fratrem consanguineum,seu patruum.Quibus casibus tam vltimi sup plicii pœnam q̃ etiam bonorum confiscationem volumus,& sancimus talem delin quentem incurrere,& pati. Statuẽtes,& ordinantes,q̃ quandocunq; comiti con tigerit homicidium in dicta cipitate,seu in eius suburbiis teneantur Dñs Potestas ip sius ciuitatis,& alii iusdicẽtes in ea totis viribus omniq; conatu insudare, vt talis de linquens capiatur,& puniatur omnino,vt eius pœna aliis transeat in exemplum, cõ tra quem etiam sic delinquentem teneantur,& debeant Dñi Antiani dictæ ciuitatis pro tempore Præsidentes insurgere, & quæcũq; oportuna remedia adhibere ne ta lis facinorosus euadat,& q̃ supra sancitum fuit de mãdante, locum vẽdicet quãdo vnus tantum tale delictum perpetrari comiserit.Si autem plures fuerint qui homici dium fieri mandauerint,tunc obseruari volumus,& mandamus constitutionem in præsenti volumine statutorum nostrorum insertam sub rubrica de homicidio de, & super plurium mandatorum disponentem.Statuẽtes etiam q̃ si contingeret ta lem homicidam, cuius bona vt supra publicantur,habere patrem,aut alium ascen dentem,in cuius bonis sibi in futurum legittima portio deberetur,q̃ talis cõfiscatio bonorum habeat locum in tali legitima, dumtamen in bonis prædictis ratione di ctæ legittimæ nulla executio fieri possit dicto patre aut ascendente viuente cui viuẽ ti per prædicta nullatenus præiudicetur.A qua tamẽ homicidii pœna excipimus fu riosum,qui in ea mentis alienatione fuerit vt non intellexerit quid tunc ageret.Itẽ excipimus quemlibet alium minorem quattuordecim annorum,qui homicidium comiserit,quo casu possit,& debeat.D.Iudex habita cõsideratione, ætatis & discre tionis pœnam prædictam prout sibi videbitur mitigare, etiam eam & ad aliam pœ nam relegationis,seu pecuniariam reducendo.Item excipimus homicidiũ comis sum casu improuiso,seu fortuito,aut ad sui defensionem, quibus casibus absoluere ipsum,iudex,vel condemnare debeat prout ipsi iudici videbitur de iure cõuenire. Excipimus quoq; homicidium comissum in personam banniti, & condemnati ad mortem qui impune occidi poterat ex forma statutorum Fauen.& contra talẽ oc cidentem,seu occidi mãdantem, bannitum huiusmodi, etiam prætio interuenien te,procedi non possit nec debeat de iure,& quilibet etiam cuius non interfit admit tatur ad allegandum,& ostendendum talem occisum fuisse & esse bannitum.

¶ De pœna inferentis vindictam in alium q̃ in offendentem. Rubrica. V.

VT omnis materia iniurias vēdicandi penitus eradicetur, ex qua parcialitates tumultusq; in ciuitatibus, ac plurima damna ciuibus, & subditis obuenire, pacisq;, & quietis beneficio priuari solēt. Et vt coruptela damnabilis alias de facto tollerata, ꝙ pro iniuriis, & offensionibus factis Attinētes, & qui de parentela tenentur tam offensoris q̃ offensi, tales iniurias assumunt videlicet ꝙ Attinētes de parentela, & qui reputantur de parentela eius qui offenderit, etiam se cum offensore custodiunt dubitante se offendi ab offenso, vel a suis de parētela, & ex aduerso attinentes, & qui reputantur de parentela offensi dictam offensionē vendicare cupientes contra iniuriantes, & suos de parentela offendendo etiā inculpabiles. Huic igitur morbo, & coruptelæ omnino damnabili prouidere satagētes. Statuimus, & inuiolabiliter obseruari decernimus ꝙ si quis de ciuitate, comitatu, & districtu Fauentiæ iniuriam, vel offensam aliquam sibi factam in alium de parentela habitum, seu reputatum q̃ in eum qui ipsum offenderit vēdicare, vel offendere præsumpserit, vel vēdicari mādauerit, si quidē vindicta, seu offensa facta fuerit vsq; ad mortē, si in fortiā venerit capite puniatur, ita ꝙ omnino moriatur bonaq; eius publicentur, & confiscentur, & si in fortiam non venerit, in persona perpetuo banniatur cum publicatione bonorum. Si vero vindicta vel offensio facta fuerit in alium non offendentē vt supra cum membri amputatione, vel debilitatione, talis vindicans vel offendēs in trecentis aureis condemnetur, quam pœnam, si captus fuerit, & nō soluerit infra mensem capite puniatur, ita ꝙ omnino moriatur vt supra, & si captus non fuerit, in persona, & bonis sit perpetuo bannitus.

¶ Si autem vindicta, vel offensio facta fuerit absq; membri amputatione vel debilitatione cum sanguinis tamen effusione ducētorum aureorum pæna plectatur, quā si captus, non soluerit infra dictum tempus manus dextra sibi amputetur, & si captus non fuerit perpetuo banniatur & non seruans exilium capite puniatur vt supra.

¶ Si vero vindicta, vel offensio comissa fuerit sine sanguine centum aureorum pœna mulctetur, quam si captus infra dictum tempus nō soluerit manus sinistra sibi amputetur, si autem captus non fuerit perpetuum patiatur exilium, & non seruans exilium manus ambæ sibi amputētur.

¶ Et isdem pœnis subiciantur etiam omnes, & singuli qui non fuerint de parentela offensi, nec reputati vendicantes, aut offendentes alium de parētela offensoris, vel qui de eius parentela reputarentur, dummodo ille qui sic offenderit fecerit animo vendicandi offensi iniuriam similiter puniatur eisdem pœnis, illis tamen duplicatis in casibus in quibus pœnæ sunt pecuniariæ quicunq; offendens, vel qui offenderit, aut alius de eius parentela existens, vel reputatus, qui durāte, tali causa, seu inimicitia reoffenderit offensum vel alium de eius offensi parentela existentem, vel reputatū non facta tamen vindicta prioris offensæ.

¶ Et prædictæ etiam omnes pœnæ in forensibus duplicentur, in casibus tamen in quibus cadere potest duplicatio.

¶ Et vt ciuitas, comitatus, eiusq; districtus in pacifico statu vnione & amore efficatius conseruetur, statuimus, & ordinamus, ꝙ omnes alii de agnatione, vel parentela, vel qui de parentela reputaretur, tam offendētis, q̃ offensi arma sumere modo aliquo non præsumāt pro quacunq; offensione facta, sed omnes pacifice viuere studeant, nec pacem, treugam, vel fidātiam aliquam pro dicta offensione facta petere aut facere modo aliquo audeant, seu præsumant, sed cuncti virtute præsentis statuti intelligantur tuti, liberi, & securi, excepto tamen offendente, qui modo aliquo sit, vel intelligatur liber vel securus vigore præsentis decreti. Nec etiam offensus possit cogi, vel compelli ad aliquam treugam, seu securitatem, vel cautionem faciendā, vel dādam offensori suo. Et pacem, treugam, vel securitatem aliquam faciētes alii de parentelis, tam offendentis q̃ offensi, & quilibet eorum, pœnam quinquaginta aureorum ipso iure incurrant, excepto tamē offenso, qui pacem, treugam, & secu/

ritatem pro se suo offensori tantum volens, & non inuitus facere impune possit. Nullusq; de parentela offendentis ipsi offendenti auxilium, vel fauorem præstare debeat, aut etiam in iuditio illum defendere sub dicta pœna aureorũ quinquaginta.

¶De insultu. Rubrica. VI.

Quicunq; aliũ quẽq; cũ armis ferreis insultauerit, admensaueritq; licet non percusserit, decẽ librarũ bon. pœnam substineat. Si vero ipse insultans, se ad percussionẽ præparando manus ad arma posuerit, non tamen admenauerit in libris quinq; puniatur, sed si simpliciter absq; admenatione, aut positione manuũ ad arma insultũ fecerit pœna librarũ trium, & vltra iusta dispositionẽ statuti de pœna armorũ, puniatur. Insultus vero cũ armis ad domũ habitationis insultati, si insultans solus fuerit in libris quinquaginta puniat, si cũ sociis, auctor sceleris in libris centum, socii autem in quinquaginta condemnentur, & in dubio auctor intelligatur qui primus ad insultũ proruperit. Insultus autem sine armis absq; percussiõe in libris.iii. puniat, vbi vero talis insultus ad domũ habitationis insultati fuerit in libris quinq; insultans cõdemnet, & si cũ insultu verba etiam interuenerint iniuriosa in libris.x.bon. computata insultus pœna insultans puniatur.

¶De percussione, & vulneribus. Rubrica. VII.

Vt quos virtutis amor a malo non retrahit, seueritas coherceat disciplinæ, decernimus q; si quis aliquẽ sine armis, sed manu tantũ clausa, vel aperta in vultu, vel capite cum sanguinis effusione percusserit in libris quinquaginta condẽnetur, si sine sanguinis effusione in lib.xxv. Si vero in alia parte corporis cũ sanguine tamen fuerit percussio in lib.x. Si sine sanguinis effusione in libris quinq; puniatur, & qui iniuriãdi causa alium per pannos ceperit, indumentaq; effregerit, aut calce percusserit, aut per capillos thraxerit, decapilauerit, vel dilaniauerit pœnam lib.x.quolibet dictorum casuum patiatur. Si vero citra indumentorum fracturam quis alium per pannos ceperit in lib.quinq; puniatur, qui autem alium per pannos vel capillos, vel alio quouis modo talem intulerit vim, q; ipsum in terram cadere fecerit in lib.xxv.puniatur. A qua tamen pœna minorem decem & octo annis excipimus, sed ipsum sic minorem dummodo quartumdecimum excesserit annũ dimidiam tãtum talis pœnæ substinere volumus. Porro si quis quemq; cum lapide, fuste, aut re alia præterq; armis ferreis percussit, vbi membri sequatur debilitatio librarũ centum bon.pœna imponatur, si citra membri debilitationem, cum sanguinis tamen effusione fuerit percussio in vultu, aut capite in libris quinquaginta puniatur. Si vero sanguinis non interuenerit effusio, aut in alia parte corporis percussio cum sanguinis effusione inferatur lib.xxv.bon.pœna percussori imponatur, & si sine sanguinis effusione percussio in alia parte corporis præter q̃ vultu aut facie fuerit percutiens in lib.quinq; bon.cõdẽnet. Et vt pœna decẽti cognoscat quantũ excesserit, q graulores intulerit iniurias, decernimus q; si qs aliquẽ cũ armis ferreis in capite, vel vultu cũ sanguinis effusiõe vulnerauerit, aut in alia parte corporis & ex eo vulnere mẽbri sequat debilitatio ducẽtarũ librarũ pœnã patiat, si vero vultu vel capite vulnus sine sanguinis effusione cũ carnis etiã liuore fuerit in libris cẽtũ pcutiẽs puniat, & vbi in alia parte corporis sine mẽbri debilitatione cũ sanguinis tamẽ effusiõe fuerit percussio lib.quinquaginta, si sine sanguine libr.xxv.pœna imponatur.

¶De forense offendente aliquem Fauentinum. Rubrica. VIII.

Ordinamus, statuimus, & declaramus q; si aliquis forensis offenderit aliquẽ ciuem Fauentiæ, comitatinum aut districtualem cũ armis, & sanguinis effusione in ciuitate Fauentiæ, eiusq; comitatu seu districtu, aut etiam alibi q; ei

manus abscindatur, ita vt penitus a brachio separetur. Si vero percussio fuerit sine sanguine tunc in duplum condemnetur talis forensis eius quo cōdemnaretur ciuis, vel districtualis sic delinquens, quam pœnam si nō soluerit detrudatur in carceribus ibidem permansurus donec pœnam prædictam integre persoluerit, & a quibus relapsari nō valeat modo aliquo, seu quouis prætextu donec dicta pœna integre persoluta fuerit. Et intelligat forensis in hoc casu qui nō sit ciuis, seu de districtu Fauen. aut habitator in dicta ciuitate, seu districtu per decem annos tunc iam præteritos, & qui non suportauerit, nec suportet onera dicti cōmunis, saluis semper aliis statutis, legibus, & decretis maiores, & grauiores pœnas imponentibus, quibus per præsens statutum non intelligatur derogatum.

¶ De Pœna frangentis pacem vel treugam. Rubrica. IX.

QVicunq; pacem, vel treugam fregerit homicidium comittendo si venerit in fortiam cōmunis Fauentiæ capite puniatur, & bona eius publicentur, & si non venerit ponatur in perpetuo banno in pœnam capitis cū bonorum publicatione, si vero vulnerauerit, vel aliter pcusserit pœna quatrupli puniatur eius in quo condemnari deberet per formam statutorum, si pax non interuenisset, saluis tamen semper pœnis conuentionalibus in instrumentis pacis, & treuguæ inter partes appositis, quibus per præsens statutum nō intelligatur derogatū.

¶ De pœna incendiarii. Rubrica. X.

STatuimus, q̃ quicunq; data opera in ciuitate, vel suburbiis, seu in comitatu, aut districtu Fauentiæ in aliqua domo, vel loco vbi aliquis habitauerit, incēdium fecerit, vel fieri procurauerit, aut mādauerit, pœna capitis puniat̃ si haberi poterit, & si haberi non poterit in banno cōmunis Fauētiæ perpetuo ponatur in dicta pœna, & de bonis eius in vtroq; casu satisfiat dānum passo de omni damno, quod occasione dicti incendii occurrisset. Residuum vero bonorum publicet̃, si ad mandata non comparuerit. Si vero in tali domo, seu loco habitationis huiusmodi aliqs furtiue, vel appensate ignem inmiserit vel inmitti fecerit ad effectum comittendi, seu comitti faciendi ibidem aliquod incendium, si tamen exinde secutum non sit tale incendium puniatur arbitrio potestatis, seu rectoris dictæ ciuitatis in ære, seu in pecunia sm̄ qualitatē facti, & psonæ cōditionē. Si vero aliqs fecerit, vel fieri mādauerit dolose, vel appēsate incēdiū in aliqua domo, vel loco in quibus nullus habitet seu in aliquo acceruo, seu barcho frumenti, vel alterius bladi puniat̃ in ducētis libris bon. Si vero in aliquo paliario palearū, seu ĩ aliquo acceruo fœni, seu alterius cuiuscunq; straminis, aut in aliqua cōgerie lignorū puniat̃ in cētū libris bon. In qbus pœnis puniat̃ tā principaliter comittēs, q̃ fieri faciēs, seu mandās in oibus, & singulis casibus p̃dictis insolidū singula singulis cōgruere referēdo. Et q̃ etiā in quolibet dictorū casuū damnū emendet̃, & satisfiat pacienti, seu damnū passo occasione dicti incēdii, sumarie sine strepitu, & figura iuditii. Et q̃ quicunq; ex p̃dictis, vt supra, puniēdis in ære, seu in pœna pecuniaria, si soluere nō poterit puniat̃ in corpore citra mortē arbitrio iudicis, inspecta facti personarū, & delicti qualitate. Et quia incendia sæpe absq; dolo in prædiis vz in stipulis, pascuis, & arbustis, vel lignis seu aliis rebus inmittūtur, & ex eis per tempora damna illata sunt, & in futurum inferri de facili possent, incendia ipsa præter voluntatem inmittentis, vel inmitti facientis protendunt, & damnificant alios, & etiam in talibus fraudes fieri consueuerunt, quia quidam faciunt inmitti sæpe occulte, & aliquando palam per familiares, qui nihil habent in bonis, vel nō sunt idonei ad satisfaciēdū damnū passo, vel p pueros vt ætatis p̃textu excusent̃, & sic dānū passus ex incēdio tali culpa inmisso remaneat in dāno. Ad obuiādū talibus fraudibus, & ne qs idebite dānū patiat̃ puidemus, q̃. d. Potestas seu qlibet alius iusdicēs qūcūq; sibi videbit̃ & p p̃sumptiōes, & idicia q̃ sibi idonea videbunt̃

ad talis incendii probationem arbitrio boni, & grauis viri, malefactorem, si haberi poterit, cogere debeat, alias possit cogere patrẽ familias pro liberis & familia sua, & quolibet eorũ ignẽ inmittente, & dominum pro famulo ad reficiendũ dãnũ passo.

ℭ De poena delationis armorum. Rubrica. XI.

ORdinamus q̃ nullus ciuis, vel districtualis ciuitatis Fauẽ. arma ferrea p ciuitatem, vel suburbia deferre præsumat sub poena librarũ quinq; bononorũ, & quilibet contrafacientem denuntiare, vel accusare possit, & dimidiam dictæ poenæ consequatur, quilibet etiam patiatur se per officiales scrutari an arma deferat, & qui noluerit, aut aufugerit in libr. x. bono. condemnetur, & prædicta plene probata censeantur, si cum relatione officialis cõcurrat etiam alterius attestatio, & in prædictis casibus contrafaciens de facto ad præmisse poenæ solutionem cogatur a qua tamen poena excipimus arma defensibilia tantum portantes / Artifices etiam dum ad operandum iuerint ea impune deferre valeant arma, sine quibus artem suã comode exercere non possent / Ruralia etiam instrumenta, si quis operari voluerit, ea ipune portare possit / Ciues vero rur vel alibi extra districtũ ciuitatis Fauẽtiæ euntes arma impune deferant. Comitatini autem vel districtuales solum cum extra districtum ire contigerit arma deferre possint. Forensis autem qui arma portauerit in duplum dictæ poenæ condemnetur cum amissione armorum, quam tamen poenam si in itinere, vel vt ipsa arma venderet, portasse cõstiterit, iudex considerata psone loci ac temporis qualitate remittere libere possit. Antiani tamẽ pro tempore præsidentes & eorum famuli, & executores iusdicentes, Nuntii publici quicunq; arma per ciuitatem, suburbia, & districtũ libere; & impune portare possint, & valeãt, publice etiam campana turris cõmunis ad arma sonante quilibet arma durante rumore deferre possit & valeat. Prædicti vero qbus supra pmissum est arma deferre, si cum ipsis armis deliquerint in duplo eius quod quo alias punirentur condemnari debeant.

ℭ De his qui percusserint aliquẽ ad defensionẽ sui vel sociorũ. Rubrica. XII.

QVoniam vim vi repellere omnia iura clamant & difficile est iniuriatis se continere. Eapropter statuimus, & ordinamus q̃ liceat impune cuicũq; qui percussus fuerit ab aliquo cum armis, & sanguinis effusiõe in aliqua sui corporis parte, repercutere, offendere, & vulnerare, tunc immediate illum qui sic eum percussit, etiam si ex tali repercussione mors sequeretur. Si vero percussus fuerit cum armis sine tamẽ sanguinis effusione, siue cum manu vel pugno, siue alia quacunq; re in vultu, vel in capite, liceat tali percusso repercutere inmediate suũ percussorem sine sanguinis effusione. Si vero aliquis admenauerit contra aliquem cum aliquo genere armorum ferreorum, non tamen eum percusserit, liceat illi iniuriato cõtra admenare, & percutere sine sanguinis effusione. Si vero ille percussor aufugerit, liceat tali percusso isequi percussorem, & eum repercutere, & vulnerare, vt supra dictum, & declaratum extitit in casibus supradictis. Si vero ille qui solum admenauerit contra aliquem aufugerit, tunc possit ille contra quem fuerit admenatũ insequi illum admenantem, & percutere sine sanguinis effusione, & ei iniuriari inmediate durante fuga. Si vero aliquis fuerit percussus cum manibus, vel pedibus. seu cum quacũq; alia re citra ferrum in aliqua parte corporis, præterq̃ in capite vel vultu sine sanguinis effusiõe, liceat tali percusso inmediate repercutere percussorẽ sine sanguine, sed si cum sanguinis effusione fuerit percussus, liceat cũ sanguine repcutere, & q̃litercunq; iniuriari citra mortẽ & mẽbri amissionẽ. Iniuriato ẽt verbis tantũ, liceat contra iniuriantẽ quæcunq; etiã iniuriosa verba effundere & in oĩbus prædictis casibus, & in quolibet eorũ cui licet quod plus est, liceat, & qđ minus est,

liceat etiam in omnibus casibus se defendendo comparere etiã per procuratorem. Possit etiam iniuriatus vna cum sociis qui tunc ibi adessent huiusmodi iniuriantem prosequi cum clamore, & capere, & si aliter capi non possit propter eius resistentiã & agilitatem, seu alio modo, & copia officialium tam cito haberi non possit absq; periculo fugæ ipsius iniuriantis, tunc liceat impune illum sic resistentem seu fugientem propria auctoritate percutere & vulnerare modo & forma pdictis singula singulis congrue referendo. Si autem aliqua vilis persona seu male conditionis & famæ dixerit verba ignominiosa contra aliquem ciuem Fauentiæ, tunc possit talis ciuis impune offendere talem iniuriantem citra tamen sanguinem, & q̃ viles psonæ & male conditionis & famæ sint, & intelligantur meretrices, lenones, & lenonum ac meretricum famuli & famulæ, & omnes validi mẽdicantes, ac omnes alii & singuli quos cõmunis vulgo opinio pro talibus habet.

¶De pœna furti. Rubrica. XIII.

CVm omni iure furta damnentur, ideo hac præsenti lege sancimus & ordinamus q̃ quicunq; in ciuitate, comitatu, & districtu Fauentiæ furtum comiserit valoris solidorum decem bonoñ. vel ab inde infra, in libris quinq; bono. condemnetur ac puniatur. Ab inde vero supra vsq; ad quinquaginta solidos, cõdẽnetur in libris duodecim bonoñ. quas pœnas si non soluerit infra .x. dies a die factæ condemnationis fustigetur per ciuitatem Fauẽtiæ, & eo fustigato, de dicta ciuitate expellatur, & perpetuo bãnitus sit, & esse itelligatur a ciuitate comitatu, & districtu Fauentiæ. Si autem furtum comissum fuerit a solidis quinquaginta bonoñ. vsq; ad centum solidos, librarum .xxv. bonoñ. pœna puniatur, quas si infra terminũ dictorũ .x. dierum non soluerit fustigetur vt supra, & demum expellatur, & perpetuo sit bãnitus a dicta ciuitate, comitatu, & districtu, qui sic bãniti si redierint in fortiam cõmunis Fauẽ. eis manus dextra amputeẽ. Si vero furtũ comissum fuerit a libris quinq; bon. supra vsq; ad .lib. xxv. pœnam librarum centum bonoñ. incurrat, quas si nõ soluerit infra .x. dies a die dictæ secutæ condemnationis ei auricula dextra a capite amputetur, & nihilominus sit perpetuo bãnitus vt supra. Et si furtum comissum fuerit a lib. xxv. bon. supra vsq; ad centum aureos inclusiue, condemnetur in pœnam quadrupli etiam vltra valorem rei furto subtractæ, quas si non soluerit infra dictos decẽ dies ei manus dextra penitus amputetur & oculus dexter illi eruatur & sit perpetuo bannitus, & si redierit ei altera manus amputetur. Frangentes vero apothecas, & ex eis bona furantes in ciuitate Fauentiæ, supradictæ pœnæ pecuniariæ duplicentur, quas si non soluerint infra dictos .x. dies eis manus dextra, & dextra auricula a capite abscindatur, & sint perpetuo banniti, qui si redierint furcis suspendantur, ita q̃ penitus moriantur. Si vero furtum excesserit & excedat summam & quantitatem ducatorum centum furcis suspẽdatur, ita q̃ omnino moriatur, etiam si esset vnicum furtum, dũmodo etatem .xxv. annorũ excesserit, & si minor etatis prædictæ fuerit, dũtamen .xviii. annum excesserit, & furtum dictorum ducatorum cẽtum summam excedat, amputationis manus pœnæ subiaceat, quæ tamen pœnæ corporales redimi possint, soluendo quadruplum valoris in maiore, & duplũ in minore. Et qui quinq; furta, & ab inde supra comiserit, excedentia tamẽ valorem librarum quinq; bono. pro quolibet furto ad minus, per gulã suspendaẽ, vt supra. Famosos autẽ latrones, & stratarũ agressores, & eorũ receptatores legali pœna puniri decernimus. Furta autẽ domestica puniri volumus iuxta iuris cõis dispositionem, accedẽte tñ volũtate, & assensu domini cui dictũ furtum domesticũ factum fuerit. Incidentes autem vel euacuantes marsupiũ alicui animo furandi, si maior fuerit annorum decẽ, & octo fustigeẽ per ciuitatem Fauẽtiæ, & si bis iciderit vel euacuauerit, manus dextra sibi omnino amputetur, qui si aufugerit bãniaẽ a ciuitate & districtu Faueñ. & si qñcunq; captus

fuerit supradictas penas patiatur, singula singulis congrue referendo. A tribus vero vicibus supra incidendo vel euacuando marsupium furcis suspendatur. Minores autem annorum .xviii. in omnibus, & singulis casibus supradictis puniantur iusdicentis arbitrio: inspecta personarum, & delictorum qualitatis valore & furandi consuetudine, locoque, & tempore, & supradicti delinquentes si capi, aut haberi nõ poterint ponãtur in banno sub dictis penis in casibus p̃dictis expressis singula singulis ꝯgrue referẽdo.

De assasinis. Rubrica. XIIII.

QVoniam assasinorum vitium detestabile, & pessimum genus hominum est ea propter maiori animaduersione opus fore censemus, statuimus igitur quod quilibet assasinus qui aliquam personam in ciuitate Faueñ. comitatu, & districtu eiusdem percusserit præcio, vel præcibus alicuius, si percussus moriatur puniatur talis assasinus pœna furcarum, & in publicatione bonorum si captus fuerit, sin autem perpetuo banno afficiatur & bona eius publicentur, & rector ciuitatis Fauen. teneatur eos prosequi, & curare habere eos etiam per litteras in tota prouincia vt remissio fiat, eodemque modo idem rector remittere teneatur, si in dominio Fauentino aliqui assasini reperiantur quos nullo modo in ciuitate, comitatu seu districtu ciuitatis Faueñ. habitare volumus, imo eos impune offendi posse cẽsemus dummodo banniti reperiantur pro proditione siue assasinamento in aliqua ciuitate vel loco ecclesiæ romanæ mediatæ vel immediatæ subiecto. Si vero ex tali percussiõe percussus non moriatur, sed ei membrũ abscisum, vel debilitatum fuerit aut oculus erutus, tũc si præcio vel præmio talis percussor id fecerit vltimi supplicii pœnæ subiaceat. Si vero præcibus tantũ ei manus dextera amputetur, quam redimere valeat soluendo libras quingentas boñ. infra .x. dies computãdos a die factæ ꝯdemnatiõis. Et si nõ fuerit secuta membri abscisio seu debilitatio, aut oculi euulsio, & percussio fuerit cum sanguinis effusione si præcio id fecerit manus dextra ei amputetur, si autem præcibus tantum ducatorum centum auri pœna plectatur, & si percussio fuerit absque sanguine, tunc si p̃tio, aut p̃mio interueniente id cõmiserit librarũ quingẽtarum boñ. & perpetui exilii a ciuitate, comitatu & districtu Fauentiæ pœnam incurrat & patiatur, & si p̃cibus tantũ id comiserit ducatorũ quinquaginta auri pœna mulctetur, eandem pœnam incurrat qui tale assasinamentum, seu proditionem fieri mandauerit, seu pecuniam pro tali delicto soluerit scienter, seu in depositum acceperit, & qui assasinum in domo ante, vel post scienter retinuerit vt dictum delictum habilius fieri posset dictas pœnas incurrat singula singulis congruere referendo. Prædicta tamen locum habere nolumus si bannitum pœna capitali offenderint, aut occiderint etiam prætio aut præcibus, seu proditorie quomodocunque.

De pœna proditoris. Rubrica. XV.

STatuimus, & ordinamus quod quicunque de ciuitate comitatu vel districtu Fauẽtiæ crimẽ lesæ maiestatis comiserit legali pœna puniatur. Si vero ciuis, districtualis vel forẽsis occiderit, aut occidi mãdauerit aliquẽ ex rectoribus. S.R.E. vel ciuitatem Faueñ. aut oppida eidem subdita proditorie deprædauerit aut deprædari fecerit vel arces ipsi ciuitati subditas prod. erit, si captus fuerit vltimi supplicii, & confiscationis bonorum pœnam substineat eiusque domus funditus diruatur ipsiusque memoria damnetur. Et si talis delinquens aufugerit banniatur perpetuo a ciuitate comitatu & districtu Faueñ. eiusque bona publicentur & domus vt supra destruatur, & possit impune a quocunque offendi etiam vsque ad mortem inclusiue, & talem bannitum occidens si ipse bannitus aut condemnatus esset ab huiusmodi banno, & condemnatione exemptum, & liberatum esse, ac intelligi volumus, & mandamus etiã si in pœnam vltimi supplicii damnatus, & bãnitus esset dummodo pro suprascriptis delictis, seu alio eorum damnatus, aut bannitus non esset.

occidens bannitũ proditorie nõ ...

¶ De pœna falsi. Rubrica. XVI.

QVicunq; publicus notarius ciuitatis/comitatus & districtus Fauen. scien/
ter, & dolose falsum confecerit cõmiserit, & ediderit instrumentum sibi
manus dextera amputet. Si vero alius q̃ notarius falsum scripserit: & talis
scriptura in iuditio el extra exhibeatur/ex qua aliquis damnũ pati vel incurrere pos/
sit librarum centum boñ. penam substineat. Si quis vero falsum testimonium in iu/
ditio in aliqua causa ciuili, vel criminali, aut mixta coram aliquo iusdicente, in ciui
tate, seu districtu Faueñ. aut corã arbitris, seu arbitratoribus protulerit librarum cen
tum boñ. penam incurrat, quas si non soluerit infra. x. dies a die factæ cõdemnatio/
nis numerandos ei lingua abscindatur. Vtens vero scienter huiusmodi falsis instru
mẽtis, scripturis, & testibus in iuditio coram dictis iudicibus, vel arbitris, seu arbitra
toribus penam lib. centum boñ. patiatur, & maiorem si iusdicẽti videbitur cõueni/
re inspecta qualitate negotii & personarũ & ẽt causam amittat. Et qui prædicta aut
aliquod prædictorum fieri mandauerit pene lib. quinquaginta boñ. subiaceat nisi
falsum fieri fecerit instrumentum quo casu in libris centum condemnetur. Falsam
autem monetam cudens, expendens, aut cudi, vel expendi faciens legali pena ple/
ctatur. Vtens vero scienter, & dolose falsis mensuris vel ponderibus penam lib. x.
boñ. pro qualibet vice incurrat. Eademq; pena puniatur vendens vinum cum mẽ/
sura non signata seu bullata.

¶ De pœna bis vendentis eandem rem. Rubrica. XVII.

STatuimus/ordinamus & declaramus q̄ si quis in ciuitate Fauen. seu eius comi
tatu vel districtu eandem rem mobilem/vel immobilem/aut se mouentem bis
vẽdiderit vel alienauerit diuersis personis quinquaginta librarum pena plecta/
tur, & secundus emptor teneatur primo emptore instante secũdæ emptionis instru
mentum exhibere, si instrumentum confectum fuerit, & teneatur iusdicens visis in/
strumentis si fuerint instrumenta facta, & instrumentis non apparentibus probatio/
nibus receptis pronuntiare etiam sumarie procedendo secũdam emptionem fore
nullam constituẽdo primum emptorem verum possessorem rei, siue factum fuerit
instrumentum siue non ipsarum emptionum, vel alterius earum etiam si secundo
emptori res vẽdita vere, vel fictæ tradita fuisset, nam primum emptorem omnino
præferri volumus & mandamus, & dictus venditor ad petitionem secundi empto/
ris detineatur: donec eidem integre satisfactum fuerit de præcio per secundum em/
ptorem soluto, & de omni interesse suo, & hoc si idem secundus emptor primam
venditionem ignorauerit, si vero eam sciuerit per venditorem dictum prætium so
lutum restituatur applicandum prout aliæ penæ criminales applicãtur, & illud idẽ
secundus emptor amittat & prædicta vendicent sibi locum nedum in venditione,
sed etiam in datione insolutum, & in qualibet alienatione cuiusuis generis.

¶ De pœna officialium indebite aliquid exigentium. Rubrica. XVIII.

STatuimus volumus, & ordinamus q̄ nullus ex officialibus ciuitatis/comitatus,
& districtus Fauentiæ audeat, vel præsumat accipere, seu exigere quouis præ/
textu etiam a sponte dantibus aliquam pecunie quantitatem, seu rem aliquam
a cõmuni Fauentiæ, vel ab alia quauis persona ratione sui officii vltra mercedem
sibi legittime debitam, & si quid vltra acceperit, vel exegerit penã quadropli ipso
facto incurrat, & ad restitutionem dictæ quantitatis, vel rei exactæ, & habitæ omni/
no compellatur durante eius officio, & syndicatu aliter non expectato.

Quod in causis criminalibus cōdemnationes:& absolutiones fiant singulis duobus mensibus,& de beneficiis fideiussorum. Rubrica. XIX.

ITem decernimus/sancimus/& statuimus q̄ do. Potestas ciuitatis Fauentiæ seu alius iusdicens ad quē spectat teneaᵗ in causis criminalibus singulis duobus mensibus sententias proferre absolutorias/vel cōdemnatorias prout iustitia suadebit de, & super qbuscūq; accusationibus denūtiationibus,& inqsitionibus pro quibuscunq; maleficiis factis qui duo menses incipiāt a die primæ citationis factæ de ipsis reis quando sunt dicti rei cōtumaces/vel a die factæ respōsionis per ipsum reum vel reos denuntiationi accusationi vel inquisitioni huiusmodi/quādo dicti rei citati cōpareant/& ipsis sententiis latis teneatur idem do. Potestas,& alius iusdicens,qui sententias condemnatorias protulerit elapsis decem diebus a die latæ sententiæ qñ tñ ab ea/seu eis non esset legitime appellatū exigere condemnatiōes huiusmodi in pecunia numerata & dictis.x.diebus durantibus non possint tales rei condemnati nec coꝝ fideiussores ad huiusmodi solutionē grauari volentes tñ,& decernentes q̄ si fideiussores qui pro ipsis reis intercesserint in dictis causis grauati fuerint ad hmōi solutionem & p̄sent auerint reum/seu reos principales in palatio cōis/vel aliter ipsi rei venerint in fortiam non possint/nec debeant compelli modo aliquo ad soluendū penam/seu penas huiusmodi/in quibus dictus reus seu rei condēnati essent/si ipsi rei fuerint soluendo,& si tales fideiussores soluerint/seu soluere coacti fuerint pro dictis reis condemnationes cōtra ipsos reos factas debeant prædicti fideiussores pro eoꝝ indemnitate mitti in tenutam bonorū ipsorum reorum pro mensura quātitatis solutæ & pro expēsis/damnis & interesse & in ipsa tenuta defendantur per ipsum do. potestatem/seu alium iusdicentē quousq; satisfactum fuerit ipsis fideiussoribus dictas quantitates per eos solutas vna cum dictis expensis damnis, & interesse liceatq; dictis fideiussoribus bona ipsius condemnati / seu condemnatoꝝ vendere / seu ea in solutum pro se accipere secundum extimationem extimatorū cōis Fauen. nulla alia solemnitate seruata/nisi binis subhastationibus p̄missis vna, v3, ad arengheriam cōis & altera ad tribunal ipsius do. potestatis & illis vendantur qui maius præcium obtulerint nulla alia solemnitate adhibita vel seruata.

De delictis domesticorum,pueroꝝ,& meretricum: Rubrica: XX.

STatuimus,& ordinamus q̄ nullus iusdicens in ciuitate Fauētiæ inquirrere, vel ad alterius accusationē procedere possit & valeat in, de, vel super percussiōibus quibuscunq; a marito in vxorem/vel patre seu matre in filium vel filiam cohabitāte vel non/illatis. De percussionibus ēt domini seu dñe in famulū seu famulam fratris in fratrē vel sororem/aut alterius familiaris/vel cohabitantis in familiarē/vel cohabitantē inquiri/non possit,nec valeat sed solum,& dumtaxat ad partis accusationē procedatur/dūmodo ipse accusans per dies.x.in ea p̄seuerauerit volūtate. De rixis quoq; & maleficiis pueroꝝ nullo modo procedaᵗ nisi cum armis ferreis & sanguinis effusione delictū cōmissū fuerit, si quis ēt p̄ceptor vel magister tā litteraꝝ/q̄ cuiuslibet artis discipulum puerum,famulum ve cū eo discendæ artis gratia comorantem(temperate tñ)verberauerit,percusserit,vel correxerit quo vis modo id impune sit,quod ēt seruari volumus in quolibet ēt maiore annorū.xiiii.modeste & temperate corrigendo,& nō iniuriose minorem annoꝝ.xiiii.per capillos trahente vel pcutiēte seu verberāte & cōtra quē nullatenus p̄cedaᵗ. De & sup rixis, & maleficiis meretricum lenonū & eis seruientium/nisi percussio cū armis ferreis fuerit procedi non possit. Et q̄ hospitalarii ciuitatis Fauen. & eius suburbioꝝ & ipsorū familie possint libere:& impune(moderate tamen)& absq; effusione sanguinis personas rixosas/vel eis non obedientes/aut delinquentes.Quas ipsi hospitalarii receptauerint in hospitalibus/vel domibus eorū & maxime rixantes adinuicem/vel inter eos/vel in dictis hospitalibus/aut domibus corrigere,& verberare nec p̄pterea possint, nec

debeāt denūtiari/vel accusari/nec de pdictis cōtra eos procedi, inqri/vel cognosci possit/aut aliq̄ pœna imponi, & si ꝯtra fieret sit nullū ipso iure/ & i pdictis casibus sindici capellani/vel capitularii rixas tales seu pcussiones ipunitas denūtiare: nō teneāt & ꝯtra formā pñtis statuti denūciatio, pcessus cōdēnatio & oīa ide sequuta sint ipso iure nullius roboris/vel momēti. Prædicta tñ nō itelligant: nec pcedāt/vbi mors/aut mēbri debilitatio/vel excessiua deformitas interuenerit cicatrix ve remanserit.

ℭDe bannitis impune offendendis & de penis eoꝝ & debitoꝝ cōis. Rub. XXI.

STatuimus & ordinamus ꝙ omnes & singuli condemnati ad mortem pro quocunq; maleficio possint a quocunq; offendi etiam vsq; ad mortē inclusiue. Cōdemnati vero pro maleficio/cuius maleficii pena sit mutilatiōis alicuius membri seu erutionis oculi possit libere & impune in persona a quocūq; offendi/citra tñ mortem talis sic cōdemnati/ & ꝙ talis offensio in casibus prædictis singula singulis congrue refferēdo remaneat impunita & exceptio dicte impunitatis in quolibet dictorum casuum possit qūcunq; proponi & allegari ante sententiam & ad quam exceptionem opponendam & probandam/quilibet procurator/seu coniunctus/aut quiuis alius/ēt si sua non intersit libere admittat & huiusmodi exceptionē quicunq; iusdicens benigne admittere teneat & ꝙ alicui condemnato in pœnam mortis pro aliquo maleficio seū delicto/vel habenti causam ab eo post huiusmodi condemnationem ius reddi non possit/nec debeat per do. Potestatem/vel alium iusdicentē in ciuitate Fauen. donec cōdemnatio prædicta legittime abolita seu cāeellata fuerit. Cōdemnati vero pro quolibet maleficio in pœna pecuniaria excedente sūmam. x. librarum boñ. donec soluerit penam huiusmodi seu ēt debitores cōis Faueñ. ex quauis causa ēt non criminali in quātitate excedente dictam sūmam lib. x. non possint eligi assumi/vel extrhai ad aliquod officium cōis Fauentiæ/si tempore electionis/assumptionis vel extractionis huiusmodi non reperiat dicto cōi de pœna seu debito hmōi satisfecisse. Et si aliter electi/assumpti vel extracti fuerint/talis electio/assumptio & extractio nullius sit roboris/vel momēti/& aliter electi/assumpti vel extracti ad huiusmodi officia exercēda non admittantur & ēt admissi a dictis officiis amoueant, & pro amotis auctoritate psenti statuti habeant & censeant. Nec eis ppterea aliquod salariū debeatur/vel soluatur & si solutū fuerit restituat dicto cōi & loco eius alius eligat assumat: vel extrahatur & isuper tales debitores dicti cōmunis vltra sūmam dictarum lib. x. nō possit pro se nec pro alio quocunq; interesse in iuditio.

ℭDeclarantes ēt ꝙ pro parte offendētis bannitū/seu cōdemnatū pro malefitio facta ostensione/seu fide condemnationis condēnati pro delicto/seu maleficio offensi per exhibitionem talis cōdemnationis de eo factæ vel per scripturā sumptam a dicta condemnatione per vnū ex notariis/seu officialibus ad id deputatis ex publico contra offensorem huiusmodi/occasione talis offensionis procedi non possit in casibus præmissis/vel aliquo eoꝝ singula singulis congrue refferendo quinimo/& si processum fuisset/facta ostēsione & fide pdicta/omnis processus contra talē offensorem factus in quacunq; parte iudicii ante sententiā cancellari, & cassari debeat p officiales ad id deputatos & p casso & cancellato habeat auctoritate pñtis statuti.

ℭVolumus ēt ꝙ ad requisitionē cuiuscūq; petētis pro interesse dicti offensoris officialis quicunq; dicti cōmunis teneatur exhibere in iuditio vbi & totiens/quotiens expedierit condemnationem factam contra offensum huiusmodi vna cum pcessu contra eum ante dictam condemnationem facto & hoc gratis & absq; aliqua mercede/ & ꝙ ēt ad probandum aliquem esse debitorem dicti cōis ad finem & effectū de quo supra/sufficiat sola fides libri cōis/in quo appareat aliquis debitor dicti cōis ex aliqua causa/ & ꝙ singulis annis tempore electionis seu extractionis officialiū huiusmodi/legātur: & publicētur vna cum hūtibus prohibitionē/seu deuetū ad officia dicti cōis/ ēt debitores dicti cōis hūtes similiter phibitionē ex causis de qbus supra.

ℭEt hoc statutū sit pcisum, & seruet prout iacet in qualibet sui pte inuiolabiliter.

ℭDe pena

¶ De pœna receptantis bannitum. Rubrica. XXII.

ITem sancimus, volumus, & firmamus, q nullus in ciuitate, comitatu, aut districtu Fauen. audeat vel præsumat receptare scienter bannitum in pœnam vltimi supplicii, seu condemnatum in pœnam amputationis alicuius membri. Et si qs cõtrafecerit receptando talem bãnitum in ciuitate prædicta, seu eius suburbiis, pœnam librarum cẽtum bononorum ipso iure incurrat, & si damnatus in pœnam amputationis prædictæ receptauerit librarum quinquaginta bonoñ. pœna plectatur. Si autem aliquis receptauerit in districtu, seu comitatu Fauentiæ talem bannitum, librarum quinquaginta boñ. pœnæ subiaceat, & si condemnatum in amputationẽ prædictam receptauerit libras. xxv. boñ. pro pœna soluere compellatur. A prædictis autem excipimus patrem, aut alium ascendentem receptãtem filium, aut alias eius descendentes in sua potestate constitutos, vel econtra filium, seu alium descendentem receptantem patrem, aut ascendentes huiusmodi, etiam bannitos, seu vt supra condemnatos, qui pœnas prædictas non incurrant, nisi vltra triduum cõtinuum eũ receptauerit, & retinuerit, vel curie non denuntiauerit infra dictum tempus.

¶ De pœna Stupri, Adulterii, & Sodomiæ. Rubrica. XXIII.

QVicunq; in ciuitate Fauentiæ, eiusq; comitatu, & districtu vxorem habẽs & cõcubinã tenens, si in domo suæ habitationis eã secũ tenuerit, librarũ centum pœnam incurrat. Si autem alibi illam tenuerit quinquaginta librarum pœna plectatur, pro qualibet vice, qua accusatus & denuntiatus fuerit, & p plena probatione in prædictis sufficiat, dictum vnius testis cũ publica fama per quattuor testes fidedignos probata, & talis concubina condemnetur in libris. xxv. boñ. pro qualibet vice qua denuntiata, vel accusata fuerit, quas si infra decem dies a die condemnationis connumerandos nõ soluerit fustigetur in platea cõmunis tantũ. Clericorum autem vel religiosorum concubine in duplum dictæ quantitatis condemnentur, ac fustigentur, & perpetuo expellãtur. Si quis vero adulterium, vel stuprum cõmiserit cum muliere, vel puella annuẽte librarum centum boñ. pœnæ subiaceat. Si vero per vim, capite puniatur, nisi talis mulier (etiam per vim cognita) publice se prostituat, vel pro publica meretrice habeatur, aut consueta sic peccare, quibus casibus librarum centum boñ. pœnæ subiaceat. Monialem autem in monasterio degentem carnaliter cognoscens inuitam, vel volentem capitali pœna puniatur. Ingrediens autem monasterium monialiũ noctis tempore & libidinis causa etiam nulla moniali per eum cognita, per dexter sibi amputetur, nisi infra decẽ dies a die factæ condemnationis computandos quingentas libras boñ. soluerit. Stuprũ autem cõmittens in masculum, si ipse agẽs, vel patiens fuerit maior annorum. xxv. aut vxoratus, si semel id tantum cõmiserit, ducatorum quinquaginta aureorum pœnæ subiaceat, quæ pœna totiens duplicetur, quotiẽs tale delictum cõmiserit. Et quãdo contingeret semel condemnari, vel condemnatum esse talem agentem, si secũdo contigerit condemnari tunc capite puniatur, ita q moriatur. In minore agente vero pœnæ prædictæ pecuniariæ dimidientur. Patiens vero maior tamen. xiiii. annis, & minor. xxv. condemnetur in quantitate ducatorum. xxv. quæ totiens duplicetur quotiens sic deliquerit, nulla pœna puniendo minorem annis. xiiii. sic patientem, aut vi cognitum cuiuscunq; ætatis sit.

¶ De pœna verbis iniuriantium, vel rem difamatoriam facientium, aut opponentium. Rubrica. XXIIII.

VErba proferens iniuriosa, aut cõuitiosa in faciem alicuius coram rectore, vel Antianis, aut aliquo iudice iusdicente, aut in generali cõsilio librarum. xxv. boñ. ipso facto pœnam incurrat, si in foro. x. si alibi quinq; librarum bonoñ.

pœna plectatur. Si vero verba ipsa in vilem, aut abiectam personam dicerentur media pœna in prædictis casibus puniatur, excepto si in publicam meretricem, lenonẽ vel personam alias infamem, quo casu nullam pœnam incurrat. Mortem vero ascẽdentium, vel descendẽtium, aut fratris, vel nepotis ex fratre, aut patrui alicui improperans simili pœna vt supra puniatur. Cãtilenam vero publicam, vel libellum diffamatorium, faciens, scribens, aut apponens ad domum alicuius, aut in publico loco, vel decantans in vituperium alicuius viri, vel parentele, aut mulieris honeste viuẽtis libr. xxv. boñ. pœna puniatur.

¶ Si quis autem cornua ad alicuius habitationis domũ vel eius apothecam apposuerit, aut stercore hostium domus, vel apothecam alicuius deturpauerit aureorum xx. pœna plectatur, & non soluens pœnam ipsam infra. x. dies annis quinq; sit bannitus, & in fortiã veniens exiliũ non seruando auriculæ vnius amputatione puniatur.

¶ De pœna turbatæ possessionis. Rubrica. XXV.

Statuimus, & ordinamus, ꝙ quicunq; in ciuitate, comitatu, vel districtu Fauentiæ intrauerit sua propria auctoritate, vbi alias de iure non esset permissum, occupando, vel turbando possessionem rei inmobilis, quæ ab alio possideatur restituere, & dimittere compellatur, & cogatur possessionem dictæ rei, ei qui possidebat ipsam rem, tempore quo sua auctoritate possessionẽ intrauit, si hoc petitum fuerit, & insuper in pœnam quinquaginta librarũ boñ. puniatur pro qualibet vice, & idem locum habere censemus in mandante, aut fieri faciente. Possit autem turbatus prædicta petere, tam ciuiliter q̃ criminaliter, seu mixtim coram quocũq; iudice, etiam in vno, & eodem libello simul, super quo sumarie, & sine strepitu, ac figura iudicii procedatur. Hoc insuper declarato, ꝙ liceat creditori habenti pactum quo possit ingredi possessionem rei, illam ingredi secundum cõuentionis formam. Et ꝙ tenuta data, vel accepta auctoritate alicuius iudicis de bonis, quæ per aliquẽ possideantur, non citato possessore legitime, non valeat ipsa datio. Si vero citetur possessor minus legitime, & tenuta data fuerit absq; solemnitate iuris, & statutorum ciuitatis Fauentiæ, tunc ille prior possessor libere possit tenere, & possidere, & quilibet iusdicens teneatur ipsum in suo iure manutenere. Et prædicta locum habeant, in tenutis tam datis q̃ dãdis. Et si ille, cui talis tenuta per iudicem nulliter data fuerit, turbauerit ipsum possidentem, condemnetur in libris. xxv. boñ. & compellatur ipsam tenutam dimittere, & possessionem libere relaxare possessori cum refectione expensarum sumarie, & sine strepitu, ac figura iudicii, & sit præcisum.

¶ De sponsalibus non contrahendis absq; consensu ascendentium vel coniunctorum. Rubrica. XXVI.

Malos mores & facinora in republica seminantes compescere, ac remouere cupientes, statuimus, & ordinamus, ꝙ nullus cuiuscunq; conditionis, dignitatis, aut gradus, audeat, vel præsumat mulierem aliquam minorem annis xx. in vxorem accipere, desponsare per verba de futuro, aut ad domum transducere sine expresso patris, aut alterius ascendentis consensu, vbi talis mulier patrẽ, vel aliũ ascendentem habuerit, si autem patre ipso vel ascendente alio caruerit sine ascensu fratris, patrui, consobrini, aut alterius cuiuscunq; consanguinei, ad quem vel ex patris ordinatiõe, aut iuris cõmunis, vel statutorum dispositione præfatæ mulieris nubendæ onus pertineat. Et si secus, vel præter fieri contingat, careat omnino ipse maritus omni comodo iure, & actione consequendi dotem aliquam, tam ex iuris cõis forma, q̃ ex patris ipsius mulieris, vel alterius cuiuscũq; ordinatione inter viuos, vel mortis causa, aut alia quauis vltima volũtate declaratam, promissam, relictam, aut debitam, & nullus iusdicens talem, sic furtiue vxorem suscipientem ad dictæ dotis portionem admittere debeat, sed omnino ipsum repellat. Prædicta tamen cessare

volumus, vbi alius q̄ pater, ad quem mulieris nubendæ, & dotādæ onus pertinebat negligens fuerit & in ea perseuerauerit negligentia vsq; ad annos. xx. ipsius mulieris & vltra, post ætatem enim annorum. xx. mulier quis sui iuris libere nubat, & eā quilibet accipere valeat, & possit, cum integra, ac illesa dotis actione.

¶ De minoribus viginti annorū. Et mulieribus i causis criminalibus in testes nō admittēdis nisi vt ifra. Et de ꝯdēnationibus factis ꝯtra filiosfamilias. Rub. XXVII.

SAncimus, statuimus, & affirmamus, ꝙ in maleficiis probandis, quando pœna sanguinis ingeritur, & imponitur minores annorum viginti, & mulieres in testes non admittantur, nisi ad defensionem rei inducerentur, maxime in delictis quæ verisimiliter per domesticos probari solent, dummodo tales minores ætatem annorum. xiiii. excesserint. Insuperq; sancimus, & firmamus, ꝙ si filiusfamilias maleficium cōmiserit, & condemnatus per iusdicentes fuerit, & talis filiusfamilias peculiū castrense, vel quasi, habuerit exactio dictæ condemnationis fieri possit in, & de tali peculio vsq; ad quantitatem condemnationis factæ, & si talis filiusfamilias nullum peculium habuerit, vel etiā si perfectitium haberet, pater dicti filii, aut alius eius ascēdens ad solutionem talis condemnationis minime compelli possit, nec etiam ad aliquam legiptimam iuræ naturæ sibi debitam. Et qui filiusfamilias aut alius minor annorum. xx. in causis criminalibus esse nō possit in iudicio se tuēdo, vel alios accusando sine patris consensu, aut curatoris legiptimi auctoritate, qui curator esse & dari debeat vnus ex propinquioribus dicti minoris & omne iudicium aliter actitatum sit ipso iure nullum nullaq; executio fieri possit.

¶ De pœnis augendis. Rubrica. XXVIII.

QVia cōuenit ob personæ, loci, temporis diuersitatem, diuersas etiam pœnas statuere. Decernimus pœnas omnes pecuniarias duplicari cōtra delinquentes in officiales iurisdictionem cōtentiosam habentes, vel aliquē ex. D. Antianis pro tempore residentibus, vel aliquem in dignitate constitutum, aut in officiales ex publico ad ciuitatis custodiam deputatos, vel in oratores cōmunitatis. Idem etiam seruari volumus in quolibet delinquente in ecclesia, cimiterio, aut loco religioso, aut coram quocunq; officiali iusdicente, aut in palatio residentiæ Domini Gubernatoris, Episcopi, vel Potestatis, vel in consilio generali, vel in audiētia Dominorum Antianorum, vel in platea, vel sub porticibus plateæ, quæ intelligatur ab Ecclesia Sancti Blasii vsq; ad Ecclesiam Sāctæ Crucis. Duplicari etiā volumus pœnas contra delinquētes de nocte, & nox intelligatur post tertium sonū Campanæ Turris communis solitam sonari de sero, & de mane. Ac etiam contra delinquentes in die Natiuitatis Domini nostri, seu Annuntiationis, vel Assumptionis Beatæ Marie, aut in aliquo ex diebus maioris ebdomadæ, aut in die Resurrectionis, aut Pēthecostes, aut alio quo vis tempore, quo ob suspitionem aliquam portæ ciuitatis, vel suburbiorum mandato superiorum clausæ tenerentur, aut eo tempore quo ciuitas, aut portæ muniuntur, vel atterātur. Idem etiam seruari volumus cōtra comitatinos districtuales, seu forenses quoslibet aliquem ciuem Fauentinum offendētem, quibus etiam casibus vltra præmissam pœnarum duplicationem prædictos delinquentes omni statutorum beneficio pænitus carere volumus. Pœna quoq; duplicetur in deferente arma clam, & occultæ. In offendente vero, vel exonerante balistā aliquod ve fereum, vel æneum instrumentum, vel (vt aiunt) scopletum in aliū pœna quadruplicetur. Condemnati etiam qui infra mensem a die sententiæ computandum, vbi appellatum non fuerit condemnationem non soluerint pœnam quarti pluris incurrant.

¶ De pœnis minuendis propter confessionem, & pacem. Rubrica. XXIX.

VT curia probādi onere releuetur, & pacis fiendæ occasio detur. Decernimus & ordinamus, ꝙ si contingerit in ciuitate, comitatu, seu districtu Fauentiæ aliquod maleficium cōmitti, & reus delinquēs citatus comparuerit, & respō dendo inquisitioni, aut accusationi in prima responsione per eum, aut eius procuratorem, seu per alium pro eo interuenientem fienda sponte maleficium confessus fuerit in curia rectoris, tunc talis cōfessus condemnari nō possit, nisi in dimidia eius quod condemnari debuisset ipso existente contumace. Si autem talis delinquens pacem habuerit ab aduersario offenso condemnari non possit, nisi in dimidia eius in quo condemnandus veniret, pace non habita, & si aliter condemnetur non valeat, nec exigi possit per aliquem officialem in eo quod excessisset condemnatio, dummodo de pace constiterit curiæ per publicum instrumentum ante diffinitiuā sententiam quandocunq;. Quicunq; etiam cōdemnatus soluerit condemnationē infra decem dies remissionem habeat trium solidorū pro qualibet libra. Beneficia autem præsentis statuti locum non habeant in blassemantibus Deum vel Beatam Virginem, nec in inferentibus iniuriam in imaginibus eorum, nec in his qui in flagranti crimine inuenti fuerint per aliquem officialem, nec non in cōmittentibus quæcunq; maleficia appensate, & ex proposito.

De pœna facientium coadunationem, seu guarnimentum. Rubrica. XXX.

CVpientes scandalis quæ oriri possunt occurrere, & rixas omnino quantum possumus sedare, vt qui virtutis amore peccare non desinunt, saltem metu pœnæ terreātur. Iccirco hac præsenti lege in perpetuum duratura, sancimus, firmamus, statuimus, & ordinamus, ꝙ si quis cū armatis hominibus adinuicē coadunatis venerit ad mœnia, foueas, vel portas ciuitatis Fauentiæ, vel eius castrorum, ad perturbandum quietem ipsius ciuitatis, aut castrorum prædictorum, & suscitandū tumultum, & ad offendendum ciuitatem ipsam, & populum eiusdē, seu castra prædicta, aut arcem aliquam, capitis, & vltimi supplitii pœna plectatur, ita ꝙ omnino moriatur, dummodo aliquid attentauerit, & deuenerit ad aliquem actum proximū facto, & eadem pœna puniātur omnes alii & singuli sic coadunati, & armati, & in prædictis auxilium cooperatiuum & assistentiam cum armis præstantes. Si vero aliquis cum hominibus coadunatis a decem supra cum armis iuerit ad dictas portas, & aliquem custodem arcium, seu portarum dictæ ciuitatis, aut castrorum facto offenderit in eius persona, aut ipsum detinuerit, seu ceperit, dum esset in actuali custodia alicuius ex arcibus, siue portis prædictis vltra pœnā coadunationis prædictæ puniatur idem offendens, capiens, aut detinens, & quicunq; ei assistēs ad hoc in pœnam corporis afflictiuam, citra tamen mortem, iusdicentis arbitrio, nisi ex tali offensione mors secuta esset, vel sequeretur dicti custodis, quo casu talis offensor vnus, vel plures etiam mortis pœnam sustineant, & bonorum publicationem, quam si non fuerit passus sit in perpetuo banno capitis ciuitatis, comitatus, & districtus Fauentiæ, & ipsius offendentis, & seu offendentium bona publicentur. Qui vero in ciuitate comitatu, aut districtu Fauentiæ guarnimentum fecerit, seu cum eo iuerit, si aliquem occiderit, aut aliquem ad domum suæ habitationis aggressus fuerit eam ingrediendo & aliquem in ea offendendo, seu vulnerando, aut depredando, vel ignem in eā inmittendo etiam vltimi supplitii, & mortis pœnam omnino substineat, & etiam publicationem bonorū, si mors secuta fuerit, & quilibet alius in dicto guarnimēto ad sic in prædictis casibus, aut aliquo eorum delinquendum assistēdo, aut auxilium præstando, librarū quingētarum bonon. pœna plectatur, sin autem aliquem seu aliquos vulnerauerit aut aliter offenderit in alio loco, & non ad domum caput dicti guarnimenti librarū quingētarum pœnam incurrat, & alii quilibet cum eo adunati in libris centum bonon. condemnentur. Si autem quis cum guarnimēto solum per ciuitatem, aut comitatum vel districtum iuerit neminem offendendo principalis dictæ coadunationis, & guarnimēti pœnam centū ducatorum pro qualibet vice

ſubſtineat, & patiatur ſic in ciuitate eũdo. In comitatu vero ſeu diſtrictu dimidiam dictæ pœnæ, & alii omnes cum eo congregati lib. l. boñ. pœnæ ſubiaceant. Et quia dubitari poſſet quis ſit, ſeu fuerit caput dicti guarnimenti. Iuſdicẽs in caſu dicti dubii quem ſibi videbitur conſideratis perſonarum qualitatibus, & indiciis animum ipſius mouentibus principalem conſtituat, declaret, & habeat. Et in prædictis caſibus de guarnimento loquentibus intelligatur guarnimẽtum coadunatio, ſeu collectio decem in ciuitate, &. xv. in comitatu ſeu diſtrictu hominum armatorum, & ab inde ſupra, niſi in caſu permiſſo, congregatorum. Et ſi dubitaretur tumultum oriri poſſe in dicta ciuitate, ne procedi contingat ad aliquem tumultum, ſeu depopulationem aut ad aliud ſcandalum Rector ipſius ciuitatis, & Antiani eiuſdem ciuitatis pro tempore præſidentes conuocare poſſint, & debeant populum, etiam ſi opus erit, & ſibi videbitur ad ſonum campanellæ turris communis ad aſſumẽdum arma pro obuiãdo ſcandalis, & tumultui huiuſmodi, ac etiam præcipere quibuſcunq;, etiam ſub quibuſcunq; pœnis, vt arma deponant, vel etiam q diſcedãt de dicta ciuitate pro bono & pace ipſius ciuitatis, vel q eis obediant, & ſi opus erit eos inobediẽtes capere, vel aliter delinquentes & taliter punire, q eorum pœna aliis tranſeat in exemplum. Nõ intendentes tamen p præmiſſa derogare in aliquo pœnis a iure cõmuni, vel alio iure noſtro municipali impoſitis contra cõmittentes crimen leſæ maieſtatis ſi, & quãdo iudicari poſſet tale crimẽ cõmiſſum fuiſſe in caſibus pdictis, vel aliquo pdictoꝝ.

¶ De pœna excedentis iuriſdictionem, vel pedagium colligentis in comitatu Fauẽtiæ præter ordinem ſtatutorum ciuitatis Fauentiæ. Rubrica. XXXI.

Dicimus, & ſtatuimus, q nullus officialis cõmunis vel populi ciuitatis Fauẽt. Nec aliqua alia ſingularis perſona audeat vel præſumat modo aliquo per ſe vel per alios exercere aliquam iuriſdictionem merum vel mixtum imperiũ, vel paſſagium vel gabellam aliquam colligere, vel accipere i diſtrictu, & comitatu Fauentiæ, niſi auctoritate Apoſtolica id faceret, vel niſi per formam ſtatutorum & conſilia cõmunis, vel populi ciuitatis Fauentiæ, vel aliter ſibi de iure permitteretur ſub pœna capitis, & de iis teneatur poteſtas, & alius quilibet iuſdicens in dicta ciuitate inquirere, procedere, & punire, ſecũdum formam præſentis ſtatuti, & ſit pciſum.

¶ De pœna intrantis, vel exeuntis ciuitatem Fauentiæ aliunde q̃ per portas. Rubrica. XXXII.

Nulli liceat intrare, vel exire ciuitatem Fauentiæ, vel ſuburbia, vel aliquod ex caſtris ipſius aliunde q̃ per portas ciuitatis, aut caſtrorum. Et ſi quis contrafecerit condemnetur in libr. centum bonoñ. ſi fuerit in die, & ſi fuerit in nocte pœna duplicetur. Quam pœnam ſi non ſoluerit, in fortiam cõmunis Fauentiæ conſtitutus infra menſem a tempore condemnationis de eo factæ numerandum, ei pes debeat amputari. Et ſi quis per contumatiam fuerit bannitus, & venerit in fortiam cõmunis Fauentiæ, & non ſoluerit infra mẽſem a die ipſius capturæ & præſentationis computandum, eodem modo ſibi pes debeat amputari, niſi vtroq; caſuum prædictorum miſeratio ætatis, vel alia iuſta cauſa arbitrio iuſdicentis ad minorem pœnam reducendam videretur.

¶ De pœna extorquentis per vim, vel metum aliqua inſtrumenta, vel rem aliquam ab aliquo. Rubrica. XXXIII.

STatuimus, & ordinamus, q̃ D. Potestas, seu alii iusdicentes possint, & teneant inquirere eorum officio, vel etiam ad petitionem cuiuscunq; conquerentis cōtra omnes & singulos qui extorsissent per vim, vel per metum, vel extorqueri fecissent aliqua instrumenta, vel promissiones ab aliquibus faciendo ipsa instrumēta, vel promissiones sibi, vel aliis fieri. Et delinquentes huiusmodi puniātur in poena quadrupli valoris rei, vel quantitatis contente in instrumento, vel promissione huiusmodi, & vltra in maiori poena, etiam personali, citra tamen mortem, habito respectu qualitatis & condictionis personarum, & negotii, & nihilominus pronūtiet ipsa instrumenta per metum, vel per vim extorta non valere, neq; tenere, & pro vanis, & cassis, & cancellatis haberi, & teneri, & notarius qui fecerit scienter tale instrumentum condemnetur ipso facto sine solemnitate in eadē poena de qua supra, sitq; priuatus ipso facto arte, officio & priuilegio notariatus. Quicūq; vero rem aliquā ab aliquo vi, vel metu extorserit vel abstulerit in poena quadrupli existimationis rei puniatur, & nihilominus rem ipsam restituere compellatur ipso facto, & etiā vltra dictas poenas puniatur arbitrio iusdicentis prout in suprascripto proximo casu. Et p prædicta non intelligatur derogatum statuto de furtis disponenti.

¶ De poena euntium de nocte. Rubrica. XXXIIII.

DIcimus, statuimus, & ordinamus, q̃ nullus audeat, vel præsumat ire, aut morari noctis tempore per ciuitatē, & vias publicas, & porticus, seu in eius suburbiis sine lumine post sonum campanellæ turris cōmunis vsq; quo pulsauerit campana grossa dictæ turris cōmunis quæ pulsatur in aurora diei summo mane. Possint tamē sub eodem lumine tres impune incedere dicto tempore, & quinq; sub lumine cerei seu duplerii, si tamen fuerint bonæ cōdictionis, & famæ, sub poena sol. xxxv. bonoñ. pro qualibet vice, & prædicta sibi locum non vendicent in pistoribus exercentibus eorum officium.

¶ De poena facientis conspirationem, vel monopolium. Rubrica. XXXV.

STatuimus, & declaramus, q̃ nullus audeat, vel præsumat facere, vel fieri mandare conuenticulam, conspirationem vel coniurationem in ciuitate, vel districtu Fauētiæ ad præiuditium honoris, & iurisdictionis cōmunis & populi dictæ ciuitatis, & quicunq; cōtrafecerit librarum mille bonoñ. poenam incurrat, sitq; omni beneficio, dignitate & officiis quibuscunq; dictæ ciuitatis tam acquisitis, q̃ acquirendis indignus, nec ad ea modo aliquo admitti debeat, & possit, qui vero monopolium fecerit ducatorum centum poenam incurrat.

¶ De poena destruentium muros ciuitatis Fauentiæ, vel accipientium de lapidibus eorum. Rubrica. XXXVI.

STatuimus, q̃ nullus destruat, vel destrui faciat muros ciuitatis Fauentiæ, nec in eis dānū aliquod inferat, vel nouitatem in præiuditiū eo᷑ attemptet, seu attētari faciat, neq; de lapidibus illorum accipiat per se, vel aliū, seu alios sub poena libr. l. bonoñ. in singulo, & quolibet dictorum casuum, quo contrafactum fuerit, & vltra dictam poenam contrafaciens stet in carceribus communis per trimestre, & nihilominus teneatur suis sumptibus ad refectionem eius quod destruxit, & ad restitutionem lapidum, & non relaxetur de carceribus donec dictam poenam integram soluerit, nullo sibi admisso beneficio alioquin ex forma statutorum Fauentiæ confitentibus, & soluentibus concesso, & qui iterato in eodem, vel tali delicto inciderit tunc poena prædicta in casu delicti duplicetur, & etiam banniatur de ciuitate Fauentiæ, & eius districtu per biennium, & qui tertio, tale delictum perpetrauerit sibi manus dextera amputetur, quā redimere possit soluendo ducatos centū infra mensem

a die factæ condemnationis. Et cuilibet liceat denuntiare cõtrafacientes, & denun/tiator lucretur tertiam partem pœnæ pecuniariæ cõtrafacienti impositæ, quæ de/nuntiatio fieri possit rectori, seu potestati Fauentiæ, aut alicui ex Antianis prædictis sub secreto, & credatur sic denuntianti, nisi fuerit suspecta persona cũ vno teste fide/digno eorum mediante sacramento, & sit hoc statutum præcisum.

¶ De pœna piscantis in foueis publicis, & proiicientis animalia mortua, aut putredines in eis. Rubrica. XXXVII.

STatuimus, q nullus possit piscari cum rete, seu retibus in foueis ciuitatis Fauen/tiæ, absq; expressa licentia in scriptis Rectoris, seu locumtenentis dictæ ciuitatis, aut Dominorum Antianorum pro tempore præsidẽtium in dicta ciuitate, sub pœna librarum quinq; bonon. totiens quotiens cõtrafactum fuerit. Et q etiam nul/la persona proiiciat vel proiici faciat in dictis foueis aliqua animalia mortua, seu plu/res lapides, putredines, vel aliquas inmunditias, seu etiam res, sub eadem pœna in quolibet dictorũ casuum, & pro qualibet vice, & persona tam faciente, q̃ etiã fieri mandante, soluenda de facto, & sine aliquo processu, constito tamen de delicto. Et si quispiam in eodem delicto pluries inciderit duplicetur eidem pœna prædicta to/tiens quotiens aliquis reiterauerit idem delictũ, & q in singulis dictis casibus soluat dicta pœna, & quilibet possit contrafacientes accusare, & habeat accusator tertiam partem dictæ pœnæ, & credatur eidem si alias fuerit fidedignus cum vno teste fide/digno, suo mediante sacramento. Quæ tamẽ pœnæ dimidientur in minoribus de/cem & octo annorum, maioribus tamen duodecim.

¶ De pœna laborantium in aggeribus fluminum, & circlæ, vel destruentium eos. Rubrica. XXXVIII.

ORdinamus, & decernimus, q nullus audeat, vel præsumat laborare, vel la/borari facere in aliquo ex aggeribus fluminũ, Hamonis, Martiani, Senni, vel montoni ex latere comitatus, seu districtus Fauentiæ, vel etiam in agge/ribus, seu iuribus, & finibus circlæ, seu foueæ nuncupatæ cõmunis Fauẽtiæ, nec etiã illos destruere, vel destrui facere, nec in vel super eis plantare, seu plantari facere, aut aliquid innouare vel attentare, sine expressa licẽtia Dominorum Antianorũ dictæ ciuitatis in scriptis, & sub sigillo manu vnius ex scribis cõmunis Fauentiæ concedẽ/da, & q nullus etiam possit radicitus extirpare, vel incidere aliquas arbores in dictis aggeribus, vel aliquo eorum plantatas seu plantandas (etiam in futurũ) absq; licẽ/tia prædicta similiter concedenda, sub pœna librarum .x. bonon. in singulis casibus prædictis, & pro qualibet vice qua contrafactum fuerit exigenda de facto, & absq; aliqua exceptione, seu ordine iudicii (constito tamen de delicto) Et quia per supe/riora tempora Ripæ, & aggeres ac fines dictæ foueæ circlæ nuncupatæ erãt valde latiores q̃ nunc reperiantur, ex quo a vicinis & habentibus agros iuxta dictam foueã fuerunt pro maiori parte cultæ, & occupatæ. Iccirco volentes prouidere indemni/tati dictæ foueæ, & communis Fauẽtiæ. Decernimus, & declaramus aggeres, iura, & fines dictæ foueæ ab vtraq; parte riparum eiusdẽ fuisse, & esse iuxta agros vicinos ibidem circum circa latitudinis in parte superiori versus vicinos huiusmodi pedũ saltem decem perticæ ad mensurã Fauẽtiæ, & in parte inferiori, seu in fondo dictæ foueæ saltem pedum trium ad dictam mensuram. Decernentes, q citra dictam lati/

tudinem, & mensuram versus dictam foueam ab vtraq; parte ripæ eiusdem. De cætero non liceat cuiq; amplius colere, laborare, vel aliquid seminare, vel plantare, aut quo vis modo innouare ibidem, sub pœna librarum decem bonon. pro quolibet contrafaciente, & qualibet vice, soluenda, & exigenda, quotiens contrafactum fuerit, & quilibet in casibus prædictis, & quolibet eorum possit denuntiare, & accusare, & habeat tertiam partem pœnæ, seu pœnarum huiusmodi. Et q arbores existẽtes nunc & in futurum circa dictos aggeres, & fines foueæ circlæ prædictæ versus dictam foueam non possint a quoquam radicitus euelli, nec etiam in totum, vel pro parte incidi sine expressa licentia Dominorum Antianorum pro tempore dictæ ciuitatis, quæ sint & intelligantur esse cõmunis Fauentiæ, & de iuribus dictæ foueæ, & de illis agẽtes dicti communis disponere possint pro dicto cõmuni, pro vt de aliis rebus, & iuribus ipsius cõmunitatis, auctoritate præsentis statuti, & absq; alia cognitione vel auctoritate, seu licentia alicuius magistratus vel iusdicẽtis, & hoc maxime quia notorie constat citra dictos fines versus dictam foueam, vsurpatum fuisse, ac iniuste occupatum ius, & terrenum dictæ foueæ per vicinos agros ibidem possidẽtes. Et præsens statutum sit, & intelligatur præcisum in qualibet sui parte.

¶ De quæstionibus, & tormentis. Rubrica. XXXIX.

QVum in torquẽdis Reis modus seruari debeat. Ideo hac editali lege, Sancimus, volumus, & declaramus, q nullus ciuis, aut distrĩctualis Fauentiæ in causis criminalibus quo vis genere tormenti torqueri possit aut debeat per Dominum Potestatem ciuitatis Fauentiæ, aut per aliquem ex iusdicentibus in dicta ciuitate, nisi legiptima præcedant indicia & eorũ data copia, & maxime publica voce, & fama præcedente legiptime in actis probata, & nisi in, & pro maleficiis, pro quibus pœna sanguinis, seu corporis afflictiua, aut pœna pecuniaria excedens libras centum bonon. veniat, & sit imponenda, cui torturæ interesse volumus sindicum cõmunis Fauentiæ, seu vnũ ex scribis Magnificæ cõmunitatis prædictæ: In quorum seu alterius eorum præsentia talis tortura inferri debeat, & semel tortus denuo pro eodem met delicto torqueri non possit, nec debeat, nisi noua & legiptima superueniant indicia, vel nisi prima indicia fuerint multum vrgentia, quibus casibus tortura repeti possit secundum qualitatem causæ, & indiciorum arbitrio grauis, & boni viri. Et si aliter in prædictis, seu aliquo prædictorum fieri cõtigerit, omnis confessio emanata in tormentis & omnis processus, & sententia superinde facta & lata sint ipso iure nulla, nullius roboris, & momenti, nec ex dicta cõfessione reus damnari possit & valeat. Qui sindicus, seu scriba prædictus teneatur in notam assumere dicti rei torquendi confessionem seu negationem, & quicquid in ipsa fieri cõtigerit, & dictæ torturæ modum, & qualitatem, & quantitatem. In aliis autem delictis pro quibus imponenda esset pœna pecuniaria minoris quantitatis librarum centum bononorum, quis torqueri non possit, nec debeat, etiam si legiptima indicia extarent, & apparerẽt. Excipimus autem a dicta quæstione, & tortura omnes, & singulos quibus de iure indultum est torqueri nõ posse, quorum priuilegiis per prædicta derogare nolumus, & minores. xvii. & maiores. lxx. annorũ, quos torqueri nolumus nisi in, & super crimine lesæ maiestatis. Dictæ autem torturæ modum, & formã seruari mandamus in omnibus, & singulis causis criminalibus pro quibuscunq; delictis, præterq in dicto crimine lesæ maiestatis, super quo procedi volumus absq; dictorum sindici, & scribæ præsentia, dummodo legiptima præcedãt indicia. Nullusq; torqueri possit, aut debeat, nisi in palatio communis, seu populi Fauentiæ ad id deputato, & non alibi. Et si tortus in tormentis sibi illatis dicta forma non seruata, mortuus fuerit, talis iusdicẽs capitis pœna plectatur. Si vero membri debilitatio

ex tali tortura secuta fuerit, pariter idem iudex membri debilitationẽ patiatur, & si tortus non fuerit ex tali tortura mortuus, nec aliter debilitatus, tunc pro tali tortura & iniuria poenam librarum quingentarum bononorum, idem iudex incurrat, cuius dimidia dicto reo applicetur.

¶ De poena sagittantis, & balistantis. Rubrica. XL.

STatuimus, & ordinamus, ꝙ nullus possit, aut debeat arcum, seu balistam tesam, aut scopletum oneratum & tensum deferre, aut cum illis sagittare per ciuitatem, & suburbia, poena librarum decẽ bonoñ. in quolibet casuum prædictorum, deferenti vero clam, seu occulte poena duplicetur, liceat tamẽ in aliquo decẽti loco extra ciuitatem, & cum rectoris licentia, & non aliter, cum dictis instrumentis ad signum ordinatum inter volentes sagittare, ita tamen ꝙ nulli nocere valeāt. Nulliq; etiam liceat cum dictis instrumentis, vel aliis columbos in ciuitate & suburbiis occidere, nec ad illos sagittare, seu quoquo modo proiecere, nec aliter capere sub poena solidorum viginti bonoñ. pro qualibet vice. Si vero aliquis in dicta ciuitate, seu eius comitatu, vel districtu sagittauerit, seu traxerit cum aliquo dictorum instrumentorum contra aliquem, siue percusserit, siue non, puniatur prout in statuto de poenis augendis. In comitatu vero, seu districtu, nulli liceat similiter cum dictis instrumētis, vel aliis sagittare, seu picere, offendere, vel occidere, quo ad columbos existentes ad columbarias sub poena solidorum decẽ pro quolibet, & qualibet vice.

¶ De frumento, & aliis bladis non extrahendis. Rubrica. XLI.

DEcernimus, volumus, & mandamus, vt ciuitas & districtus conseruentur in abundantia & populus in pace permaneat, ꝙ frumentum, & omnia alia blada per omnes, & quoscunq; recoligentes ea in comitatu, seu districtu Fauentiæ debeant ea integre conducere, seu conduci facere in ciuitatem Fauentiæ, vz, quæ sunt, vel coliguntur in comitatu Fauentiæ ad ciuitatem prædictam. Quæ vero coliguntur in territoriis castrorum dictæ ciuitatis conducantur in ipsa castra, seu ad ipsam ciuitatem, & non intelligatur de castro Granaroli quum sit mera scola comitatus Fauentiæ, & hoc per totum mensem Augusti sub poena solidorum viginti pro qualibet corbe. Nulli autem personæ ciui vel forensi cuiuscunq; conditionis existat liceat quomodolibet frumēta, & alia blada (vt supra) exportare aut extrahi facere per se vel alium extra ciuitatem, comitatum, vel districtum absq; expressa licẽtia Dominorum Gubernatoris, & Antianorum dictæ ciuitatis. De qua licentia appareat in scriptis manu officialium gabellæ ipsius ciuitatis, & solutiõe facta ipsis officialibus pro dicta extracta iuxta formam statutorum dictæ gabellæ, sub poenis in dictis statutis ipsius gabellæ contentis.

¶ De poena ludi. Rubrica. XLII.

STatuimus, & ordinamus, ꝙ nullus in ciuitate, comitatu, vel districtu Fauentiæ, audeat, vel præsumat tenere aliquem ludum per præsens statutum prohibitũ, seu (vt aiunt) barattariam in domo propria, vel in alio quocunq; loco, & qui

ſcienter cõtrafecerit qualibet vice incidat in pœnam.xxv.librarum, & ſi captus fuerit relapſari non poſſit donec & quouſq; pœnam prædictam ſoluerit cum effectu, ſi autem perſonaliter haberi non poterit banniatur a dicta ciuitate, comitatu, & diſtrictu, de quo banno exire non poſſit donec pœnam prædictam ſoluerit. Qui vero ad aliquem ludum taxillorum, vel cartarum prohibitum ludere præſumpſerit, qualibet vice qua luſerit pœna quinq; librarum puniatur, quo caſu credatur accuſatori, ſeu militi cum iuramento aſſerenti ſe huiuſmodi ludentes reperiſſe cum vno teſte idoneo. Ludi autem prohibiti intelligantur omnes ludi cum taxillis, præterq̃ cum tabulis. Ludi etiã cartarũ prohibiti cenſeãtur, qui vulgariter nuncupant, la baſſetta, & fluxo. Cæteri autem ludi cartarum intelligantur permiſſi, dummodo ludentes in ludendo non excedant ſolidos viginti bonoñ. qualibet die. Si autem quis luſerit cũ taxillis, vel cartis quomodolibet falſis, & adulterinis, vel eos, ſeu eas falſas fecerit pœna centum librarum bonoñ. plectatur, quas ſi nõ ſoluerit infra.x. dies a die factæ cõdemnationis fuſtigetur, & ſpatio quinquenii banniatur ſub pœna dupli dictæ quantitatis, & credatur accuſatori iuranti cum duobus teſtibus idoneis etiam iurantibus. Statuimus item, & ordinamus q̃ liceat etiam tam ludenti, qui pecuniam amiſerit, ſeu perdiderit in aliquo ludo prohibito, q̃ etiam patri, filio, & eius ꝯſanguineis vſq; ad quartum gradum incluſiue, ac etiam eius vxori, petere, exigere, a vincẽte dictas pecunias, ſic per dictum ludentem perditas vel amiſſas cuiuſcunq; quantitatis ſint, & cuiuſcunq; ætatis ſint, & eſſe cenſeantur tales repetentes pecunias huiuſmodi etiã inhabiles ad comparendum in iuditio, & quilibet iuſdicens in ciuitate, & diſtrictu Fauẽtiæ teneatur ſola facti veritate inſpecta, & nulla ſeruata iuris forma cogere dictũ vincentem pecuniam (vt ſupra) perditam, ſeu amiſſam reſtituere, & de quãtitate pecunie perdite, & loco, & tẽpore ſtetur, & credaẗ iuramẽto petentis, ſeu repetẽtis, cum dicto vnius teſtis idonei ſimiliter iurãtis, & dicta cauſa ludi omni tempore etiã feriato, dummodo nõ ſit feriatũ in honorem dei, poſſit tractari, & decidi (parte tamen citata) Ac etiam quilibet iuſdicens (vt ſupra) poſſit ex mero ſuo officio pdicta cognoſcere, punire, & terminare, & hoc ſtatutum ſit præciſum.

¶ De pœna contrahentium cũ ludente & ludo aſſiſtentiũ. Rubrica. XLIII.

Item ſtatuimus, & ordinamus, q̃ nullus audeat mutuare alicui ludenti occaſione ludi prohibiti aliquam pecuniæ quantitatem, & qui contrafecerit, pecuniã mutuatam perdat, & ſi pignus acceperit reſtituere teneatur etiam ſine pecunia taliter mutuata, & nihilominus puniatur in.x. libris bonoñ. qualibet vice, ſimili pœna teneatur qui alium contractum fecerit cum ludẽte in fraudem mutui dicta occaſione, ſiue concipiantur in perſonam ipſius mutuãtis, vel alterius pro eo, vel aliquã ſcripturam fecerit tam publicam q̃ priuatam, & nihilominus talis cõtractus, obligatio, vel ſcriptura ſit ipſo iure nulla, & talis contractus poſſit etiam probari per teſtes etiam ludentes, & quicunq; de prædictis fuerit legiptime citatus, præcedentibus tamen contra eum legiptimis de ſuper indiciis per aliquem ex iuſdicentibus in ciuitate, vel diſtrictu Fauentiæ occaſionibus prædictis vel aliqua earum, & non comparuerit habeatur pro confeſſo, ac ſi comparuiſſet, & confeſſus fuiſſet. Si quis vero ſteterit ſupra ludentes ad proſpiciendum ipſos ludentes ad faciẽdum eis ludi prohibiti computum puniatur qualibet vice in ſolidis.xx.bonoñ.

¶ De maleficiis in quibus non eſt pœna determinata per ſtatuta ciuitatis Fauentiæ. Rubrica. XLIIII.

ORdinamus, & statuimus, q quicunq; cõmiserit aliquod maleficium in ciui/tate, comitatu, vel districtu Fauentiæ, de quo per statuta, vel ordinamenta dictæ ciuitatis non sit pœna determinata, tunc in punitione talis maleficii procedatur, & pœna imponatur pro vt reperiē pœna determinata per aliquod sta/tutum in alio consimili delicto. Si autem non reperiretur aliquod statutum puniēs consimile delictum, tunc imponatur pœna constitutionum in hoc volumine inser tarum disponentium specialiter de tali, seu consimili maleficio. Si vero nõ reperiaē etiam aliqua constitutio puniens tale, vel consimile maleficium, tunc procedatur arbitrio iudicentis, non excedens tamen pœnam impositam a statutis nostris in grauioribus delictis.

¶ Quod de maleficiis non possit cognosci post tempus de quo, & pro vt infra. Rubrica. XLV.

FIrmamus, statuimus, & ordinamus, q nullus Rector iudicens in ciuitate Fauē/tiæ, eiusq; districtu possit per inquisitionem, vel aliter quouis modo cognosce re de & super aliquo maleficio perpetrato, vel quod diceretur esse cõmissum per annum vnum ante introitum sui regiminis computandum a tempore cõmissi maleficii, de quo maleficio imponenda esset pœna pecuniaria, nec pœnam aliquā pro dicto delicto imponere, vel exigere possit. Valeat tñ omni tempore (etiā post annum prædictum) cognoscere de, & super quibuscunq; delictis, pro quibus pœna sanguinis esset imponēda, principaliter, vel indefectum ex forma alicuius statuti no stri, & habeat locum in præsentibus, præteritis, & futuris.

¶ De Notario, seu Scriba maleficiorum. Rubrica. XLVI.

STatuimus, & declaramus q Notarii, seu Scribæ maleficiorum in ciuitate Fauē tiæ sint, & esse debeant omnino Forenses, & teneantur ex debito eorum officii scribere omnes, & singulas inquisitiones, accusationes, & denuntiationes faciē das pro quibuscunq; maleficiis, testiumq; dicta & attestationes, tam pro informatio ne curiæ, q etiam pro habendis inditiis, & probationibus. Necnon in actis redigere quascunq; citationes fiendas, earumq; relationes, & actus omnes faciendos contra quoscunq; reos, & maxime ipsorum reorũ responsiones, defensiones, satisdationes, & probationes quascũq;, & dictarum denuntiationum, inquisitionum, & accusatio num infra biduum a die earum formationis, seu porectionis copiā mittere cameræ cõmunis Fauētiæ, seu vni ex scribis dictæ cõmunitatis, sub infrascripta pœna. Et pro responsione cuiuslibet rei accipere possit, & valeat solidos duos bonoñ. & totidem pro qualibet satisdatione præstanda in huiusmodi causis, & non vltra, & pro exami ne cuiuslibet testis examinādi p tutela, & defensione dicti rei alios solidos quattuor bonoñ. & totidem iudici examinanti. Teneanturq; dicti notarii & scribæ statim le ctis sententiis in huiusmodi causis eas siue condemnatorias, siue absolutorias in car/tis edinis scriptas, & legiptime publicatas absq; alia mercede, & salario infra decem dies immediate secuturos post dictas latas sententias in publicam formam redigere, easq; mox, & sine mora assignare scribis cõmunitatis Fauētiæ, seu alteri eorum, sub pœna librarum vigintiquinq; bonoñ. ipso facto pro qualibet vice incurrenda qua cõtrafactum fuerit in prædictis seu aliquo prædictorum, & sit præcisum in qualibet sui parte.

¶ De pœna dicentis iniuriosa verba contra patrocinantes. Rubrica. LVII.

QVia officium dicentium alienas causas admodum vtile & necessarium iudicari debet, & ne iniuriis & contumeliis affici eos contingat. Propterea hac presenti lege in perpetuum duratura. Sancimus quod nullus cuiusuis generis, & conditionis audeat seu præsumat alicui aduocato, aut causarum patrono, causa & occasione eorum officii verba iniuriosa, aut contumeliosa dicere, & in eos proferre, & quicunq; contrafecerit librarum decem bonoñ. pro qualibet vice poena plectatur, & si dicta verba coram aliquo iusdicēte protulerit librarum viginti poenam incurrat, non derogādo per hoc alicui statuto specialiter de iniuriis & verbis iniuriosis disponenti. Et in prædictis sufficiat pro plena probatione iuramētum accusatoris cū vno teste fide digno, & præsentis statuti dispositio non vendicet sibi locum in verbis iniuriosis prolatis inter aduocatos, & procuratores se adinuicem iniuriosis & contumeliosis verbis afficientes, & sit præcisum.

¶ De Hostiis noctis tempore claudendis. Rubrica. XLVIII.

SAncimus, & firmamus nulli in ciuitate Fauētiæ, vel eius suburbiis licere tenere hostium eius domus, seu a se conductæ apertum, & non clausum, post sonum campanellæ turris cōmunis Fauentiæ vsq; ad pulsationem campanæ dictæ turris solitæ in ortu diei pulsare sub poena solidorum quinq; bonoñ. pro qualibet vice. Id tamen permittatur impune pistoribus dum eorum exercitium exequūtur.

¶ De poena non restituentis rem conductam. Rubrica. XLIX.

STatuimus, & ordinamus, quod quicunq; cōduxerit domum, apothecam, agrum, vel aliam quamlibet rem immobilem ad certum tempus, cōductor ipse teneatur, ac eius heredes ad libitum locatoris, seu eius heredum secundum pacta & conuentiones initas inter eos rem vt supra conductam finito tempore locationis, seu conductionis libere restituere ac relaxare locatori, seu eius heredibus, nulla exceptione obstante sub poena librarum vigintiquinq; bonoñ. incurrenda post interpellationem sibi factam, non derogando per hec poenis cōuentionalibus. Et nihilominus rem vt supra conductam restituere, & relaxare teneatur, & cogatur. Conducens vero rem mobilem, seu se mouentem ad certum tempus, vel sub certa mercede teneatur tam ipse conducens, quam eius successor finito tempore rem vt supra conductā libere restituere omni exceptione remota, tam locatori, quam eius successori sub poena librarum. x. bonoñ. incurrenda post interpellationem desuper factā, & nihilominus rem vt supra conductam restituere compellatur. Similiter quicunq; rem tam mobilem, quam immobilem præcario ab aliquo conduxerit, tam ipse quam eius successor ad libitum concedētis, seu eius successoris libere restituere, & relaxare teneatur, omni exceptione remota, sub poenis prædictis, singula singulis congrue referendo.

¶ De contumacibus pignorandis, & poena vetantis pignus. Rubrica. L.

OMnis cōtumax legittime citatus secūdū formā statutorum Fauētiæ pignorari possit pro debito petito, & expēsis. Qui vero per se vel familiā suā, vel aliquē de sui familia non se permiserit pignorari, aut ipsi officiali pignus nō dederit vel modo aliquo vetuerit pignus poenā solidorum. x. boñ. vice quālibet incurrat, cuius poenæ tertia pars officiali applicetur, vltra eius debitā mercedē pro eūdo ad pignorādū

& credatur ipsi officiali cum nuntio cõmunis de ipso pignore vetito, & officialis semper nuntium cõmunitatis secũ habere debeat, & nuntius habere debeat pro sua mercede pro quolibet pignorato denarios quattuor expẽsis pignorati, & pro quolibet pignus vetante, expensis ipsius vetantis denarios sex.

¶ De Becharijs Rubrica. LI.

Quoniam difficile est malitiis eorum qui exercent macellum in ciuitate Fauentiæ obuiare. Espropter matura deliberatione prouidere cupientes. Statuimus, & ordinamus, q omnes Becharii ciuitatis Favẽtiæ excoriare debeãt omnia animalia bouina in macello cõmunis, & nõ alibi. Nec eis liceat vẽdere vnũ genus carniũ pro alio, nec malum pro bono, aut tenere in eadem bancha carnes vnius bestiæ cum carnibus alterius bestiæ simul, vel carnes bouinas cũ carnibus iuuenci, seu iuuencæ, seu cum carnibus vitulinis. Nec carnes castrati cum carnibus mõtoni, hirci, capeæ, pecudis, vel agni vnius anni, & hoc sub poena viginti bonoñ. in quolibet casuum prædictorum, & qualibet vice. Ordinamus insuper q Antiani qui pro tempore fuerint possint & debeant singulo anno quandocunq; eis videbitur saltem bis in anno eligere quattuor bonos viros, vz, vnum pro qualibet porta, qui deliberare debeant quo prætio macellarii vendere debeat carnes cuiuscunq; conditionis considerato præcio, quo venduntur in ciuitatibus circunstantibus, & vltra præcium designatum vendere nõ possint sub poena .xx. solidorum pro qualibet vice, sed debeant eas tenere separatas ab inuicem, ita q cognoscantur, vt earum emptores non decipiantur sub dicta poena. Non possint etiam circa renes aliquam pinguedinem apponere vltra id quod habeant naturaliter, sub poena prædicta, quam officiales Domini Potestatis exigere valeant sine aliqua cõdemnatione. Nullusq; ciuis vel forensis possit exercere dictam artem, vel vendere carnes in dicto macello, vel alibi i dicta ciuitate, nisi fuerit matriculatus, sub prædicta poena, & qualibet vice. Nõ possint etiam, neq; valeant becharii occidere, aut excoriare aliquod animal bouinum, nisi prius ostenderint illud viuum officiali super hoc deputato, seu militi Domini Potestatis, poena .xl. solidorum pro qualibet vice. Et dicti officiales quandocunq; fuerint requisiti teneantur eas videre, & ire ad macellum sero, mane anteq̃ becharii incipiant incidere, quam incisionem facere non possint ante sonum Campanæ dici, ex post autem liceat eis incidere, etiam si carnes non viderit. Teneantur etiam becharii dare vnicuiq; eam quantitatem carnium, quam petierit sine aliqua adiunctione pedum, vel capitis illius animalis, vel alterius poena solidorum .x. pro qualibet vice, & credatur iuramento accusatoris. Nec liceat ipsis becharis dicere petentibus carnes ab eis, q carnes ibi existentes sint aliis venditæ sub poena prædicta, nisi dixerint nomen emptoris id non diffitẽtis. Teneãtur etiam becharii dicere nomen animalis ementi, & non exprimens, vel falso explicans in poenam viginti solidorum incidat.

¶ Item statuimus q quilibet becharius teneatur dare ementibus iusta pondera poena solidorum .x. pro qualibet vice, & credatur officiali. Nõ valeant tamen insufflare aliquod animal sub poena prædicta, & qualibet vice. Occidere autẽ animalia & excoriare teneantur publice, & de die, hora completorii, & nõ noctis tempore præsertim bouina in macello cõmunis, & similia.

¶ Insuper ordinamus q nulli bechario liceat vendere carnes suillas non castratas, nec pecudes prægnantes poena viginti solidorum. Lardum vero, & grassiam & sepum prætio carnium non comprehendi, sed maiori prætio, iuxta tamen extimationem officialium vendi posse statuimus. Carnes autem incisas die præcedenti alio die vendere non possit, a Pascha vsq; ad festum omnium Sanctorum, nisi prius emptori notificauerint. Et in omnibus casibus prædictis, & quolibet prædictorum. D. Potestas, & eius officiales habeant plenum & liberum arbitriũ inquirendi & poenas

exigendi de facto sine aliqua condemnatione fienda, & credatur officiali referenti.

De piscatoribus. Rubrica. LII.

STatuimus, & ordinamus quod piscatores, & omnes alii vendentes, seu portantes pisces, tam de ciuitate Faueñ. quam forenses, teneantur eos vendere in platea communis Fauentiæ in loco solito, seu in loco ad id deputando per officialem per Dominos Antianos & adiunctos deputandum, & non alibi, nisi fuerint pisces fluuiales, seu de foueis, quos vẽdere possint vbilibet dummodo in platea cõmunis eos vendant, sub pœna solidorum viginti pro quolibet, & qualibet vice. Nec etiam vendere possint pisces non bonos, neq; marcidos, nec eos teneant ad vendẽdum. Nec aliquis piscator tam forensis, quam de ciuitate possit pisces aliquos vẽdere nisi prius habita licentia a dicto officiali vt supra per Dominos Antianos deputando, sub eadem pœna pro quolibet, & qualibet vice qua contrafecerit. Et intelligantur tenere pisces ad vendendum, si eos habeant, & teneant in loco vbi pisces vẽdi solent, licet eos non vendat, & credatur iuramento emptoris piscium si iurauerit pisces emptos fuisse eosdem, quos præsentet, & quibus præsentatis, an sint fætidi & non boni stari debeat iuditio officialis, seu officialis super hoc additi, & piscator, seu alius vendens pisces puniatur in decem solidis pro qualibet vice. Et piscator, & alii vt supra pisces vendentes non possint tempore quo vẽdunt pisces aliquam aliam artem exercere, sub pœna solidorum viginti bonoñ. pro quolibet, & qualibet vice. Nullus etiam piscator, seu alius quilibet pisces vendens possit, aut debeat emere pisces cuiuscunq; conditionis, & generis, causa eos reuendendi, sub pœna librarum quinq; bonoñ. pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafecerit & credatur iuramento accusatoris asserentis inuenisse aliquem contrafacientem, si alias dictus accusator fuerit bonæ conditionis, & famæ, alias cum vno teste fidedigno. Et non liceat alicui forensi in diebus ieiunii de præcepto emere pisces in ciuitate Fauẽtiæ in grossum (vt aiunt) sub pœna solidorum .xx. pro quolibet, & qualibet vice. In grossum autem intelligatur a solidis .xx. supra. Teneatur etiam quilibet vendens pisces dare ementibus iusto pondere sub pœna solidorum decem pro qualibet vice, & credatur emptori cũ iuramento. Et liceat etiam omnibus forensibus deferre pisces ad vendendum in ciuitate Faueñ. Teneantur tamen vendere secundum formam præsentis statuti. Dummodo ipsi forenses soluant gabellam debitam gabellis ciuitatis Fauentiæ. Et nullus caupo, seu tabernarius, vel stabularius per se vel interpositam personã emere possit, seu emi facere pisces fluuiales, vel marinos nisi pro decem solidis pro qualibet vice sub pœna solidorum .xx. pro qualibet vice, & pro quolibet contrafaciente, & credatur iuramento accusatoris, & habeat medietatem dictæ pœnæ. Et liceat piscatoribus, & aliis pisces vendentibus proicere pisces marcidos, & piscium immunditias in flumine Hamonis a ponte portæ pontis infra, non obstante aliquo cõtrario statuto. Statuentes tamen, quod nullus piscator, seu alius vendens pisces, tam ciuis quam forensis emat vel accipiat ad vendendum pisces aliquos cuiuscũq; generis ab aliquo, qui deferret eos ad vendendum ad ciuitatem Fauentiæ, vel districtum sub pœna librarum quinq; bonoñ. & quilibet possit accusare, & denuntiare, & habeat medietatem pœnæ, & credatur eius iuramẽto, si fuerit bonæ conditionis, & famæ, alias cum vno teste fidedigno. Nulli etiam piscatori, seu alteri cuilibet de ciuitate Fauentiæ liceat inire, seu contrahere societatem cum aliquo forense in arte piscatoria, seu in piscibus vendendis, sub pœna librarum quinq; bonoñ. pro quolibet, & qualibet vice. Et omnes portantes pisces ad ciuitatem Fauentiæ, causa illos vendendi teneantur, eos in platea communis, in loco vbi vendi debent deponere, & non in alio loco, pœna solidorum viginti pro quolibet, & qualibet vice. Et singulis diebus ieiunii de præcepto teneantur vendere pisces eadem die qua eos portauerit, vel portari fecerint ad ciuitatẽ Fauentiæ, & quos non vendiderint teneantur eos ostendere officiali cõmunis vt supra deputato seu deputãdo sub pœna solidorum

viginti pro quolibet & qualibet vice. Et ſingulo anno Domini Antiani vna cum quattuor ciuibus conſiliariis adiunctis ſaltē quattuor pro qualibet porta prouideāt de modo, & forma habendorum & vendendorum piſcium, ac officialem eligant, ſeu deputent ſuper dictis piſcatoribus, & eorum exercitio, ac piſcibus vendendis, cū facultate, & poteſtate ipſis Dominis Antianis, & adiunctis cōſiliariis, vt ſupra, faciē-di omnes, & quaſcunq; ordinationes & prouiſiones ſuper prædictis, & circa ea ne-ceſſaria & opportuna, ſeruata tamen forma præſentis ſtatuti.

¶ Poſſint tamen Domini Antiani pro tempore (etiam ſine adiunctis) vigore pñtis ſtatuti prætia piſcium cuiuſcunq; generis conſtituere, ſeu declarare.

¶ De pœna extrahentis ligna, gipſum, lapides, vel tegulas. Rubrica. LIII.

STatuimus, & ordinamus, q̄ nullus extrahere poſſit ligna pro opere, vel exerci-tio idonea, tabulas, gipſum, lapides, vel tegulas extra diſtrictum Fauēñ. ſub pœ-na ſolidorum. xl. bonoñ. pro qualibet vice, quorum medietas applicetur accu-ſatori. Nemo etiam poſſit emere gipſum ante horam nonæ, cauſa reuendendi ſub pœna ſolidorum quinq; pro qualibet vice. Poſſit tamen quilibet ciuis Fauentinus habens bona immobilia extra diſtrictum Fauentiæ, volēſq; edificare domum ſuper dictis eius bonis exportare ligna, tabulas, gipſum, & lapides vt ſupra impune.

¶ De cautione de non offendendo præſtanda. Rubrica. LIIII.

CVicunq; dubitanti ab alio offendi, ſi petierit idoneam cautionē de non offē-dendo ſibi præſtari, ſi de ſuſpitione per probationes, ſeu per legitima inditia conſtet, iuſdicentis arbitrio inſpecta perſonarum, & inimicitiæ qualitate, is de quo dubitatur huiuſmodi cautionem præſtare cogat. Qui tamē in alterius per-ſonam maleficiū cōmiſerit, fecerit ve cōmitti, niſi prius maleficio punito, & pœna effectualiter ſoluta, præmiſſam nullatenus cautionem exigere poſſit aut valeat.

¶ Quod Capellani, Capitularii, & Tabernarii teneantur denun-tiare maleficia. Rubrica. LV.

STatuimus, & ordinamus, q̄ Capellani capellarum, & Capitularii ſcolarum vi-gore eorum officii teneantur, & obligati ſint denuntiare omnia maleficia in eorum capellis & ſcolis cōmiſſa v3 capellani infra tres, & capitularii infra ſex dies poſtq̄ fuerit cōmiſſum maleficium, & ſi non denuntiauerint puniantur dicti ca-pitularii & capellani illius capellæ, ſeu ſcolæ in qua homicidiū cōmiſſum fuerit in libris viginti quinq; boñ. & ſi fuerit aliud maleficium in libris. x. boñ. Et non intelli-gatur maleficium quo ad prædicta, rixa verborum, vel factorum ſine percuſſione, vel delicta domeſticorum, & aliorum prout ſupra in rubrica. xx. de delictis domeſti-corum. Et ſimiliter hoſpites, & tabernarii ciuitatis, comitatus, & diſtrictus Fauentiæ teneantur infra triduum ſimili pœna denuntiare maleficia in eorum tabernis, ſeu hoſpitiis cōmiſſa, & prædicta vendicent ſibi locum in ciuitate, comitatu, & diſtri-ctu Fauentiæ.

¶ De forenſibus infamibus, & malæ conditionis, & famæ expellendis. Rubrica. LVI.

STatuimus, & ordinamus, q̄ forenſes, & aliunde venientes ad ciuitatem Fauen-tiæ qui fuerint, & ſint infames, vel factioſi, aut malæ ꝯditionis, & famæ, & ma-xime qui perturbare poſſint pacem, & quietem ciuitatis Fauentiæ expellantur, & eiciantur de dicta ciuitate, & eius comitatu, & diſtrictu. Et ſit in arbitrio rectoris, ſeu iuſdicētis dictæ ciuitatis declarare q̄ fuerint, & ſint tales ſic expellendi, & eiciēdi,

& ſimiliter in arbitrio Dominorum Antianorum pro tempore præſidétium dictæ ciuitatis. Et ꝙ quicunq; rector, ſeu iuſdicens in dicta ciuitate quandocunq; ei (etiam ſub ſecreto) per dictos Antianos pro tempore exiſtentes, vel per maiorem partem eorum fuerit intimatum, ſeu declaratum de huiuſmodi hominibus ſic eiciendis, vel expellendis teneatur eos expellere ſub pœna, & banno imponendis illis expellendis æris, & perſonæ ab eadem ciuitate eius comitatu, & diſtrictu ad ſolam intimatio/nem, ſeu declarationem huiuſmodi.

De pœna offendentium aliquem Fauentinum extra diſtrictum Fauentiæ. Rubrica. LVII.

STatuimus, ꝙ ſi quis ciuis, vel diſtrictualis, aut habitator ciuitatis Fauentiæ, vel eius diſtrictus cõmiſerit, vel cõmitti fecerit aliquod homicidium, vel maleficiũ aut offenſionem in perſona, vel in rebus alicuius ciuis diſtrictualis, vel habitatoris Fauentiæ, vel diſtrictus eiuſdem extra dictam ciuitatem, & diſtrictum poſſit, & debeat procedi contra tales delinquentes per Dominum Poteſtatem dictæ ciuita/tis, ſeu eius iudicem ad inquirendum & ad puniendum tales delinquentes, quemadmodum poſſent, ſi ipſum homicidium, ſeu maleficium in dicta ciuitate, vel eius di/ſtrictu cõmiſſum fuiſſet, non obſtãte præuẽtione aliqua ſeu abſolutione alibi facta.

De Meretricibus. Rubrica. LVIII.

CVpiẽtes meretrices, & impudicas mulieres cohibere, ſancimus, ac firmamus, nulli publice meretrici licere, ſtare, aut morari in ciuitate Fauẽtiæ niſi in lo/co poſtribuli publici, nec alibi in ipſa ciuitate, aut eius ſuburbiis huiuſmodi meretrices habitare valeant, niſi ipſis aliter indultum expreſſe fuerit per officium Dominorum Antianorum dictæ ciuitatis pro tempore præſidentium, ſeu per offi/cium cuſtodiæ ipſius ciuitatis, ſub pœna librarum quinq; boñ. p qualibet vice, qua cõtrafieri cõtingerit, & tales meretrices in forũ publicum, ſeu ad apothecas aliquas, vel alia loca dictæ ciuitatis ſe ꝯferentes velato capite, linteo, ſeu velamine, & cũ honeſtate progredi teneãtur deferendo etiã in manibus ciſtellã, ſeu caniſtrũ vt ab aliis pro meretricibus publicis agnoſcantur, & ſi cõtrafecerint pœnæ ſolidorum viginti boñ. ſubiaceant pro qualibet vice, qua fuerit contrafactum. Et ſi aliqua mulier repe/riatur in dicta ciuitate, vel eius ſuburbiis, quæ inhoneſtam ducat vitam de qua con/uicini conquerantur, tunc ex dicto loco talis mulier expellatur, ſeq; ad locum illum ad habitandum conferre teneatur, qui deſtinatus fuerit per dictum officium Domi/norum Antianorum, ſeu cuſtodiæ. Nulliq; impudice mulieri, aut lenoni, ſeu malæ condictionis, & famæ, aut inhoneſtæ vitæ liceat habitare prope ſacrata templa, ho/ſpitalia, aut monaſteria fratrum, aut monialium aliquarum dictæ ciuitats, ſeu earũ pertinentias etiam ſpacio. xii. perticarum, nec iuxta palatium populi, & aliter ſtãtes ex inde remoueantur, per. D. Poteſtatem dictæ ciuitatis, ſeu alium iuſdicẽtem in ea & librarum decem boñ. pœna plectantur, quam ſi nõ ſoluerint infra decẽ dies a die dictæ factæ condemnationis fuſtigentur per ciuitatem, & deinde expellantur. Inhi/bentes etiam ne eis locari, aut gratis etiam concedi poſſint ad habitandum, & mo/randum per aliquem domus aliquæ infra dictum ſpacium, & contrafacientes pœnã librarum decem boñ. qualibet vice incurrant. Et ad probandum aliquã, ſeu aliquas eſſe meretrices, vel inhoneſtæ vitæ, aut aliquẽ eſſe lenonẽ, vel malæ famæ, ſufficiat duoꝝ teſtiũ fidedignoꝝ legitime deponentium dictum, & atteſtatio, & ſit ꝓciſum.

De reuendentibus fructus arborum. Rubrica. LIX.

ITem ſancimus, decernimus, & firmamus, ꝙ Reuendẽtes fructus arborum in ci/uitate Fauentiæ, quos quidam ineruditi carpopollas vocant, materno autem

ſermone

ſermone tricolos appellamus poſſint eos in caniſtris ad vendendum tenere in foro publico & ſub porticu palatii populi, & ſeu in locis ordinandis & deputádis per. D. Poteſtatem ciuitatis prædictæ, ſeu per officium Magnificorum. D. Antianorũ pro tempore præſidentium, quæ loca ſic ordinanda ſeruare teneantur ſub pœna ſolidorum quinq; pro qualibet vice qua contrafecerint, & qui tenere & vẽdere debeant & teneant fructus recentes, & non infectos, nec reprobatos, quos fructus ſic infectos ad mandatum priorum gabellarum ipſius ciuitatis ſtatim exportare & amouere teneantur, ſub pœna eorum arbitrio imponenda. Nec poſſint inmunditias aliquas in foro prædicto proicere/aut proici facere, ſub pœna ſolidorum decem bonoñ. pro qualibet vice qua cõtrafecerint, & nihilominus tales inmunditias exportare teneãtur/ſub dicta met pœna. Q uibus etiam inhibemus ne audeãt fructus huiuſmodi/aut volucres/ſeu quadrupedes aliquos ad reuendendum emere in dicto foro, ſeu etiam ad portas dictæ ciuitatis, nec pro eis emendis obuiam ire portantibus ad dictam ciuitatem huiuſmodi fructus volucres, & quadrupedes, donec vexillum pro eorum prohibitione poni ſolitum amouebitur de eius ſolito loco, vbi tale vexillum poni conſueuit ad dictam prohibitionem indicádam, ſub pœna ſolidorum decem boñ. pro qualibet vice, & amiſſionis dictorum fructuum/volucrum/& quadrupedum ſic emptorum, & ſit præciſum.

De Ortolanis. Rubrica. LX.

VEndentes olera/& herbas/tã incolæ/q̃ forenſes/in foro publico ſtare debeãt in loco per. D. Antianos deputando pœna ſolidorum decẽ bonoñ. pro quolibet & qualibet vice in alio loco mutanti ad vendendum/eo ſaluo ꝙ vendentes pepones poſſint eos vendere in quocunq; loco prout ipſis videbitur, dũtamen non impediant rectos curſus perſonarum, aut equitum, vel impedimentum aliquod faciant apothecis, & teneant ipſi ortulani/& ortulanæ quolibet die de ſero aſportare inmunditias ſeu cenum per eos, vel eas factum cauſa eorum exercitii. Ita ꝙ vbi prædicta vendiderint remaneat locus mundus & nitidus ſub pœna prædicta pro quolibet/& qualibet vice. Volumus etiam ꝙ mulieres venientes ad vendendũ aliqua bona in foro ꝑdicto non debeant ex earũ caniſtris/& ciſtellis aliquid proiicere/vel relaxare inmunditie/ſub ipſa pœna ſolidorũ decem pro qualibet & qualibet vice. Prohibentes etiam ꝙ mulieres comeſtibilia in foro publico vendentes non audeant ſeu præſumant filare ſub pœna ſolidorum quinq; bonoñ. pro qualibet, & qualibet vice.

De lino, & aliis inmunditiis non ponendis in canali ſiue foueis, aut in locis publicis. Rubrica. LXI.

STatuimus/ꝙ nullus audeat/vel præſumat ponere linum/ſeu canipam ad macerandum in foueis/ſeu canalibus ciuitatis Fauentiæ, vel eius caſtrorum, nec in foro publico ſeu ſtratis publicis dictæ ciuitatis/& caſtrorum, nec inmunditias aliquas cuiuſcunq; generis proicere, & maxime animaliũ inteſtina, ſeu carnes mortuas ſub pœna ſolidorũ viginti bonoñ. pro quolibet & qualibet vice. Nulliq; liceat fimum aut inmunditias aliquas/ſeu ſterquilinia/aut terrenum, ſeu quid aliud quod impediat viam, ſeu tranſitum eius in aliqua via publica/aut prope domum alicuius per ſe vel alium ponere, vel tenere de nocte/vel de die pœna ſolidorum decem pro qualibet vice, qua contrafactũ fuerit in prædictis, ſeu aliquo prædictorũ, & nihilominus teneatur exportari facere infra triduum dictum fimum, & inmunditias vt ſupra ſub dicta met pœna.

De iis qui deiecerint/vel effuderint. Rubrica. LXII.

STatuimus, & ordinamus, ꝙ nullus cuiuſcunq; condictionis exiſtat/audeat/vel præſumat proicere aquam/vinum/aut alias inmunditias de domo in ſtratam publicam, diurno tempore, neq; nocturno, niſi prius exclamauerit ſub pœna viginti ſolidorum pro quolibet & qualibet vice, & ſi ſic proiciendo deiecerit in aliquem, & ſibi veſtes deturpauerit, vel deteriorauerit, vltra pœnam prædictam ad emendationem damni compellatur.

¶ De cloacis. Rubrica. LXIII.

VT canalis aqua nõ inficiatur ſeu deturpetur. Ordinamus ꝙ nulli liceat aliquã cloacam facere quæ inmittat in canali cõmunis Fauẽtiæ, ſeu aliquod aliud turpe in eo imponere, & ſi contrafactum fuerit remoueri debeat per contra facientem, qui etiam in pœnam quinq; librarum incurrat, & quilibet accuſare valeat, & medietatem pœnæ acquirrat. Idem ſtatuimus in quocunq; habẽte vel decetero fieri faciẽte aliquas cloacas inmittentes aliquid turpe in vias publicas ciuitatis Fauentiæ, quas omnino tollere teneatur, ſeu claudere ſpacio vnius menſis a die publicationis præſentis ſtatuti ſub dicta pœna.

¶ Quod nullus permittat ire ſues per ciuitatem. Rubrica. LXIIII.

QVoniam valde in ciuile eſt, vt ſues per ciuitatem diſcurrant præſertim in foro. Quapropter ſtatuimus vt omnes habentes porcos debeant eos tenere clauſos omni tempore, & ſi inuenti fuerint in platea ciuitatis Fauẽtiæ, ſeu in aliquo cimiterio alicuius eccleſiæ puniat dominus in ſolidis quinq; boñ. pro qualibet vice, & pro quolibet porco. Si vero alibi per ciuitatem extra domum reperiantur, niſi fuerint ligati puniatur dñs in ſolidis duobus tñ pro quolibet ſue.

¶ Quod fex nõ comburatur in ciuitate Fauentiæ. Rubrica. LXV.

STatuimus ꝙ nullus comburat feces in ciuitate Fauẽtiæ vel ſuburbiis, & qui cõtrafecerit incidat in pœnam librarum trium boñ. pro qualibet vice, & credatur iuramento accuſatoris cum vno teſte idoneo.

¶ De equorum ſeſſore. Rubrica. LXVI.

NVllus currere faciat equum per plateam ciuitatis Fauentiæ, vel vias publicas dictæ ciuitatis pœna contrafaciẽti in platea vigintiquinq; librarum bonoñ. & in aliis viis, ſeu porticibus media pœna puniatur, & hoc vltra intereſſe, & pœnam quam incurreret de iure, vel ex forma ſtatutorum ſi cõmitteret in perſonã alicuius aliquod maleficium, vel damnum aliquod inferret in perſonam vel bona alicuius.

¶ De bubulcis ducentibus currus per ciuitatẽ Fauẽtiæ. Rubrica. LXVII.

ORdinamus & ſtatuimus ꝙ bubulci ducentes currus, vel vehicula per ciuitatem, vel ſuburbia Fauentiæ ire & ſtare teneãtur iuxta, & ante temonem currus, ſeu vehiculi dum fuerint in dicta ciuitate, vel ſuburbiis ſub pœna ſolidorum quinq; bonoñ. pro quolibet & qualibet vice, qua contrafactum fuerit. Nec poſſint etiam ducere currum/ſeu vehiculum cuiuſcunq; generis per plateam cõis Fauentiæ, lapidibus coctilibus ſtratam ſub pœna ſolidorum decem pro quolibet, & qualibet vice, & idem intelligatur de carrateriis dictæ ciuitatis.

¶ De recipientibus, ſeu conducentibus ſeruientes aliorum. Rubrica. LXVIII.

ORdinamus/statuimus/& decernimus,ꝙ nullus recipiat vel conducat seruiētem alicuius,nisi finito tempore eius conductionis, vel cum voluntate eius cui inseruiebat sub pœna librarum quinq; bonoñ.& nihilominus eū relapset priori domino,& ꝙ credatur iuramento veteris domini , vel dominæ de tempore conductionis huiusmodi.Possitq; dominus,seu domina propria auctoritate eum accipere vbiq;,& verberare talem seruientem impune/dummodo non enormiter, vel grauiter,seu cum effusione sanguinis.Et ꝙ potestas,vel quicunq; iusdicens Fauētiæ,teneatur ad voluntatem domini,seu dominæ famulum,vel famulam eius detinere vbi ei non obediret,vel si ab eo,vel ab ea recessisset sine sua licentia ante tempus finitum eius conductionis,de quo vt supra credatur iuramento domini seu dominæ . Ita tamen ꝙ domini teneantur eorum famulis ministrare debita alimenta , & loco/ac tempore debitis , & solitis soluere , si & pro vt tenerentur,eorum mercedem.

¶De pœna ementis/vel accipientis aliquid a filiis familias/vel a seruiente alicuius, vel secum ludentis. Rubrica. LXIX.

SAncimus/& ordinamus ꝙ nullus emat vel accipiat aliquo titulo a seruiēte alicuius aliquam rem,nisi in foro publico,aut nisi fuerit ex volūtate domini,nec aliquis audeat cum eodem ludere ad aliquem ludum prohibitum,sub pœna solidorum quadraginta bonoñ.pro quolibet & qualibet vice vltra alias pœnas contentas in statutis,& nihilominus teneatur restituere domino rem quam ab eodem accepisset sine aliqua restitutione pecuniæ/quam dicto seruienti dedisset, & idē sit, & intelligatur statutum etiam de filiis familias minoribus annorum viginti quinq;, & ementes/vel accipientes aliquid ab eis absq; licentia/seu voluntate patris/vel ludentes cum illis (vt supra) præterꝗ vbi tales filii familias habitarent seorsum a parentibus eoꝝ/vel publice mercarent/seu negotiarentur/tanꝗ essent patres familias.

¶De exercētibus artem candelarum de sepo. Rubrica. LXX.

STatuimus/& ordinamus,ne putredo fiat in ciuitate Fauentiæ,ꝙ omnes & singuli qui exercent/& operantur artem candelarum de sepo , teneantur dictum sepum distillare extra ciuitatem Fauentiæ,pœna & banno quadraginta solidorum bonoñ.pro quolibet & qualibet vice. Et quilibet exercēs artem candelarum de sepo teneatur facere bonas cādelas sine aliqua comistione alicuius pinguedinis, vel alterius rei per quam dictæ candelæ facilius consumentur,vel malum lumē reddant,pœna & bāno decem solidorum bonoñ.pro quolibet & qualibet vice, & eas vendere iusto prætio,vel declarando per Dominos Antianos pro tempore seu.D. Potestatem sub eisdem pœnis,& hoc statutum sit præcisum.

¶De platea mondanda. Rubrica. LXXI.

STatuimus/& ordinamus,ꝙ quolibet anno de mense Iannarii/vel alio tempore vbi opus fuerit per Magnificos Dominos Antianos/& adiunctos , eligatur vnus officialis/qui habeat curam mundandi/& mundare faciendi semel qualibet abdomada plateam publicā,ac ex ea exportare faciendi imunditias . Qui officialis habere debeat pro eius salario & labore vnum quadrantem singula ebdomada/qua mundari fecerit (vt supra) pro qualibet apotheca artificis/seu mercatoris habentium apothecas in foro,& a quocunq; pistore & triculo vēdente super dicta platea,& ab aliis artificibus quottidie in dicto foro vēdentibus. Qui officialis si cessauerit dictam plateam mundare,& vt supra exportare,incidat in pœnam librarum trium bonoñ.pro qualibet vice qua cessauerit. Artifices vero non soluentes grauari volumus in quadruplum exigenti applicādum,salua semper in prædictis auctori-

tate ipsis dominis Antianis aliter taxandi, seu declarandi dictam mercedem, quatenus ipsis expedire videretur.

¶De foro Boario. Rubrica. LXXII.

SAncimus quod forum, bouum, equorũ & aliorum animalium grossorum die sabbati quolibet tempore fiat in terreno, quod est a molẽdino portelli vsque ad arcem Fauentiæ, & in viis ibi prope dictum terrenum aut in renatio fluminis Hamonis supra, & desubtus pontem portæ pontis Fauentiæ. Possit tamẽ forum prædictum etiam fieri de mensibus dumtaxat Nouembris, Decembris, Ianuarii, Februarii, & Martii, in terreno dicto bonriposo, sito itra domos Episcopatus & cathedralis ecclesiæ sancti Petri, pœna contrafacienti pro qualibet vice solidorum viginti bononorum. Forum vero animalium minutorum fieri possit omni tempore in dicto loco dicto bonriposo, & qui alibi teneret dicta animalia ad vendendum incidat in pœnam prædictam excepto quod a festo Sanctæ Catharinæ vsque per totũ carnis priuiũ possit tenere ad vendendum sues, & seu porcos cuiuslibet generis, & qualitatis in platea a strata imolensi infra, vsque ad cimiterium ecclesiæ cathedralis pœna aliter tenendo solidorum etiam viginti pro qualibet vice.

LIBER QVINTVS DE DAMNIS DATIS.

¶De officio iudicum damnorum datorum, & de modo & forma procedendi. Rubrica. I.

STatuimus, & ordinamus, quod iudices damnorum datorum potestatem, arbitrium, & baliam, ac omnimodam iurisdictionem habeant cognoscendi de quibuscunque damnis datis & in futurũ dandis, in quibuscunque bonis cuiuscũque qualitatis, & conditionis, sitis in ciuitate, comitatu, & districtu Fauentiæ, & de denuntiationibus, & accusationibus, quæ de cætero fient, super talibus damnis datis, & dandis in bonis supradictis, & super talibus denuntiationibus, & accusationibus procedendi, cognoscendi, & eas terminãdi summarie, simpliciter, sine strepitu, & figura iuditii, & sola facti veritate inspecta, & omni alia iuris, & statutorum solemnitate obmissa. Dũtamen tales accusationes reperiantur scriptæ, & annotatæ per vnum ex notariis ad dictum officium deputatis, in suo libro actorum cum die datæ accusationis, & cũ nominibus accusantium, & accusatorum, & loci, & vbi damnum datũ esse diceretur. Postea autem citentur accusati seu denũtiati personaliter vel ad domum habitationis eorum cum termino trium dierum ad se defendendum ab accusationibus cõtra eos datis, & annotatis. Declarantes nullam accusationem dari posse post bimestre numerandum a die dati damni, alias accusatio non admittatur, & admissa non valeat. Credatur autem accusatori de tempore damni dati cum sacramento de nouo præstando, nisi contrarium probaretur. Teneanturque dicti iudices cõmunis, accusationes prædictas expedire infra dies. xl. continuos a die contradictionis factæ accusationi, quibus. xl. diebus elapsis instantia sit ipso iure deserta, & accusati absoluantur, & accusatores in expensis condemnentur, vbi vero nulla fuerit contradictio seu excusatio, elapsis decem diebus teneantur cõmittere exequtionẽ, & si non cõmiserint possit accusatũ accusator grauari facere per milites potestatis, & nõ per alios executores, & aliter executio facta non teneat. Ipse autem questiones, & causæ damnorũ datorum terminari, & expediri debeant absoluendo, vel condemnando per dictos

dominos iudices infra tempora prædicta (vt supra dictum est) prius tamen citatis accusatis, saltem semel personaliter ad allegandum, & postea ad audiendum sententiam vna die pro alia. Probationes autem fieri possint parte etiã absente dũmodo legittime citata, alias accusati absolui possint, & debeant, & quicquid factum fuerit non seruata forma prædicta ipso iure sit nullum. Nulla tamen alia solemnitas iuris aut statutorum Fauentiæ requiratur tam in procedendo q̃ in iudicando in causis prædictis. Insuper volumus q̃ quilibet accusans, & accusatus habitans in comitatu, vel districtu Fauentiæ, tempore eorum accusationis, vel responsionis, si petatur, eligere debeant locum in ciuitate Fauentiæ vbi velint in dicta causa accusationis ad earum processum, & sententiam citari, alias non audiantur qui in prædictis fuerint contumaces, & contra eos sic procedatur, ac si non comparuissent, & se non excusasent, vbi autem causæ dictarum accusationum per procuratorem agitarẽtur, sufficiat procuratori citari ad omnes actus iudiciales eadẽ die, vna hora pro alia, & pro eadem hora, si reperiatur in palatio, vel in platea, præterq̃ ad sententiam, ad quam vna die pro alia citatio requiratur, & si semel cõtumax fuerit accusatus nõ audiat, nisi refectis expensis nuntiorum, antea factis, & q̃ a sententiis supradictis accusationibus latis, liceat vtriq; parti semel tantum appellare, & nõ vltra. Locus autem residẽtiæ dictorum dominorum iudicum competens, & idoneus sit, & esse intelligatur massaria vetus, quæ est sub palatio cõmunis Fauentiæ residentiæ Domini Potestatis dictæ ciuitatis, vel alius locus dicti palatii vbi & quando locus dictæ massariæ esset occupatus vel impeditus.

¶ De Saltuariis. Rubrica. II.

PRo euidenti publica vtilitate, vt bona hominum existentia in comitatu Fauentino bene custodiantur, & a nemine damnificentur, & sic necessarium fore arbitrantes, vt custodes habeantur, & deputẽtur super huiusmodi custodia, quos custodes cõmunis visus & antiqua consuetudo Saltuarios vocat. Statuimus ergo, & ordinamus, q̃ per Antianos dictæ ciuitatis & generale consilium singulis annis de mense Octobris eligantur super custodia bonorum omnium dictæ ciuitatis & super dãnis quæ dabuntur in, & super dictis bonis, sexdecim Saltuarii, qui durent vno anno, qui annus incipiat secundum determinationem præfati consilii, & Antianorum, quibus Saltuariis sit, & intelligatur concessa facultas exercendi dictum officium, & pœnas inuentionum de dictis damnis exigẽdi iuxta formam, & taxam statutorum Fauentiæ disponentium super damnis datis, vel etiam possit eis locari dictum officium damnorum datorum exercendum iuxta, & secundum formam dictorum statutorum per dictum consilium, & Antianos, & pœnæ dictorum damnorum datorum applicari possint eisdem Saltuariis pro vt eis videbitur expedire. Qui Saltuarii teneantur, & debeant primo iurare in manibus Dominorum Antianorũ pro tempore de legaliter eorum officium exercendo sine fraude, vel dolo aliquo & dicto recepto iuramento bini ire per totum dictum comitatum ad videndum, & inuestigandum de damnis datis per personas, & animalia quorumcunq; quibus duobus credatur de inuentione, nisi probatum fuerit contrarium, super qua probatione iudices se diligenter habeant ad instantiam conquerentis bene rimando fraudem, dolum, vel falsum separatim eos interrogando, & alia faciendo quæ eorum arbitrio videbũtur cõuenire, & si in falso reperti fuerint, sint ipso officio priuati, & quilibet in pœnam librarum vigintiquinq; bonoñ. ipso facto ꝯdemnentur, ad quã soluendam cogantur & detineantur in carceribus, quam si nõ soluerint infra decẽ dies fustigentur per plateam cõmunis, & teneãtur etiã personas, & animalia quasq; & quæcunq; inuenerint damnum dare denuntiare, & describi facere inuentiones ipsas per notarium ad officium damnorũ datorum deputatũ infra duos dies post dictas factas inuentiones inmediate sequẽtes, pœna solidorum viginti pro quolibet eorum, & qualibet inuentione de facto ab eis, & quolibet eorum per iudices dam-

norum datorũ auferenda, & cõmuni Fauentiæ applicanda pro dimidia, & pro alia
dimidia iudicibus prædictir. Et si ipsi Saltuarii aliquam personam inuenerint dam/
num dare, quam non cognoscerent, vel sibi non indicarent veridice nomen suum
possint capere, & illum in carceribus ponere, & tunc puniatur talis in pœnam dupli
de damno, de quo inuentus est, & pro nomine denegato, vel nõ veridice indicato,
etiam puniatur in solidis.xx.bonoñ. vltra dictam pœnã, & similiter puniatur fugiẽs
a cõspectu Saltuariorum ne capiatur, vel cognoscatur. Si autem inuenerint anima/
lia damnũ dantia sine custodia, & ignorent cuius sint, debeant ea ducere, & ponere
super hospitio expensis cuius sunt, & tũc etiã dominus animaliũ duplũ soluat pœnæ
quam soluere debuisset, si ipsa animalia fuissent indicata, & notificata, ipsis saltuariis
cuius sint. Et ad vitandam maiorem expensam quilibet interrogatus a Saltuariis de
eo qui damnum dedit, vel cuius sunt animalia inuẽta in damno, teneatur eis dicere
quis sit damnũ dans vel cuius sint animalia inuenta, sub pœna solidoꝝ.xx.bonoñ.
pro quolibet & qualibet vice, qua non dixerit & non indicauerit prædicta, vel si re
pertum fuerit talem interrogatum mendatium dixisse, & in hoc iudices habeãt ple/
nam auctoritatem decidendi cognito tantum de mera veritate, & cõsiderata quali
tate & vicinitate personarum, & aliis inditiis animum eorum mouentibus. Tenea/
turq; ipsi Saltuarii notificari domino animaliũ, & patrifamilias personæ accusatæ
infra tres dies q veniat ad se defendẽdũ ab accusatiõe data, & eo nõ veniente infra
dictam tertiam diem executio pœnarum fiat ad instantiam Saltuariorũ, & quilibet
de familia accusati possit grauari, & detineri, ad soluendum dumtamen excesserit
ætatem.xiiii.annorũ. Et nõ possit aliquis grauari pro aliqua accusatiõe, quæ nõ sit,
& reperiatur per notarium descripta, pœna cuicunq; aliter grauari faciẽti librarum
quinq; bonoñ. Cuius pœnæ tertia pars sit iudicum, aliæ duæ partes applicentur cõ/
muni Fauentiæ, & teneatur etiam reficere grauato expẽsas, & damna pro vt per iu/
dices fuerit declaratum, & ad id compellantur, & grauentur incõtinenti & realiter
& personaliter. Et cum sæpe numero accusationes, & denuntiationes damnorum
datorum indecisæ pendeant officialium in curia, & negligentia, ob id volumus, &
statuimus q depositarius cõmunis Fauentiæ, teneatur singulo anno curare, & face/
re vt fiat liber vnus omnium accusationum, & denuntiationum pendentium super
damnis illatis datarum per ipsos Saltuarios, & alios quoscunq;, quos sic denuntiatos
& accusatos iudices damnorum huiusmodi citari facere teneantur, ad faciẽdum
eorum legittimas defensiones infra terminum quinq; dierum & eodem termino
elapso, & nulla legittima defensione factæ dicti iudices, & depositarius compellere
teneantur dictos accusatos, & denuntiatos, etiam nulla alia cõdemnatione expecta/
ta, seu fienda ad soluendum pœnas dictarum accusationum, & denũtiationum iuxta
formam statutorum Fauentiæ.

¶ Quod capitularii teneantur ad emendationem damnorum datorum in eorum scolis. Rubrica. III.

STatuimus, & ordinamus, cum aliquod damnum datum fuerit in pertinentiis
scolarum Fauentiæ, & ignoretur quis dederit, aut cuius fuerint animalia dam/
num dantia, q tũc per dominum, vel aliquem de eius familia, aut per eius labo/
ratorem, vel alium de familia laboratoris possit accusari scola, & homines ipsius in
generali de dicto damno iuramento prædictorum, vel alterius eorum, si dicatur per
iurantem damnum vidisse, & credatur accusantis iuramẽto vsq; ad solidos viginti
si iuramento dixerit esse damnificatum in tanta quantitate, vel ab inde infra, si autẽ
dicat damnum excedere dictam quantitatem, tunc iudices vadant, vel vnus eorum
vadat, aut mittere debeant duos bonos viros ad videndum dictum damnum, quo/
rum extimationi, & relationi eum iuramẽto eorum stari debeat, requisito, vel mo/
nito capitulario ad interessendum, seu videndum dictum damnum cum ipsis exti/
matoribus, & capitularius dictæ scolæ in qua damnum datũ fuerit cogatur ad emẽ/

dationem damni damnũ passo tantum, & non ad aliam pœnam, vsq; ad quantitatẽ suprascriptã. Si aũt capitularius, vel alius nominæ scolæ vellet inuestigare, & doce re de damnũ dante, si petierit debeat infra terminum quinq; dierum denuntiare dã nificãtem, vel animalia cuius fuerint, quæ damnum dederint, quod si liquido appa ruerit de damnificante, vel cuius fuerint animalia, cogatur talis denuntiatus damnũ emendare ipso facto. Si autem inter scolam, & seu capitularium esset super hoc con trouersia cũ denuntiato cogatur, si conuictus fuerit ipse denuntiatus per sententiam emendare damnũ passo secundum q iudicatum fuerit damna, & expensas reficere. Si autem non fuerit conuictus cogatur captus ipse damnum emendare sine aliqua dilatione, quod quidem damnum probari possit per homines dictæ scolæ in qua damnum datum fuerit. Volumus tamen pro exoneratione hominum scolarum, & in odium delinquentium, & damnificantium q si quandocunq; anteq̃ facta fuerit exactio emenditæ damni pro parte scolæ, etiam post dictos quinq; dies fieret denun tiatio damnificantis, q tunc ipsa emenditæ exactio diferatur vsq; quo denuntiatus fuerit per sententiam conuictus, vel absolutus, & si conuictus fuerit teneatur ad dam ni emendationem, & ad reficiendum damna, & expensas scolæ, & damnificati secũ dum taxationem per iudices fiendam, & q nullus possit accusare scolas pro sermen tibus ablatis a mense Iulii vltra. Insuper si quando aliqua accusatio ab aliquo, seu ali quibus instituta esset contra aliquam scolam de damno dato in possessionibus seu terris, quas accusatores assererent esse in pertinentiis scolæ, aduersum quam talis ac cusatio instituta esset capitulario, seu alio procuratore, vel defensore ipsius scolæ cõ parẽte, & negante ipsam possessionem, seu terram esse in pertinẽtiis talis scolæ, tũc de hoc stetur extimo cõmunis Fauentiæ, quod sufficiat quo ad id pro plena proba tione, vbi in eo contineretur possessionem, seu terram huiusmodi esse in pertinen tiis illius scolæ, alias vbi per dictum extimum de hoc stare non possit, teneantur ca pitularii, pcuratores, seu defensores scolæ sic accusatæ ostendere, & liquidare infra decem dies sibi ad hoc per iudicem, seu iudices damnorum datorum assignandos, in qua scola sita sit talis possessio in qua damnũ datũ diceret, citatis tñ ad hoc capitu lario, & sindico alterius scolæ in qua allegaret possessionẽ, seu terras hmõi sitã esse expensis capitularii, seu scolæ, vt supra accusate. Si autẽ pro parte scolæ diceret etiã minus esse damnũ quãtitatis solidorũ viginti. Iudices semp possint de hoc cogno scere, & terminare pro vt equm eis videbitur faciẽdo damnũ etiã reuideri per vnũ vel duos vt eis videbitur conuenire, & declarantes q collectæ quæ imponerentur super huiusmodi emenditis damnoꝶ ponantur super fumantibus habitantiũ in ipsa scola tantum, non obstante aliquo statuto loquente de collectis imponendis.

¶ De salario notariorum damnorum datorum. Rubrica. IIII.

IMprimis pro qualibet accusatione scribenda in actis denarios duodecim & tan tundem accipiatur de productione accusationis in scriptis productæ a qualibet singulari persona, siue vniuersitate. De cancellatione vero tantundem accipere possint si causam expressit in cancellatione. De accusatione vero data per saltuarios nihil accipere possint. Pro cancellatione autem ipsius, a quolibet accusato denarios sex, si pœna illius accusãtis nõ excedat solidos. x. boñ. si vero excesserit tũc vero vnũ bononenũ p q̃libet cãcellatiõe accipere possint. De q̃libet vero appodissa de grauã do denarios. iiii. tñ, qũocũq;, q̃litercũq;, & a quocũq; fiat. Pro q̃cũq; aũt satisdatiõe solidũ vnũ tñ, nisi fuerint plures fideiussores, qa tũc sex denarios p quolibet accipe re valeãt. Pro examine vero testiũ solidos duos tñ p quolibet teste cõputata iudicis portione, nisi pœnã accusationis excederet summã librarũ. v. accipere possint. De aliis vero scripturis, q̃ fierẽt in pcessu, si pœna excedat supradictam summã tñ acci piant quantum in ciuili causa permittitur, & si non excedat dimidiã tantũ accipere possint. Pro citationũ relationibus nil accipere valeant, saluo tamen in prædictis iu dicum damnorum datorum moderamine, quibus notarii parere teneantur.

Pro accusatione denarios xij
pro cancellatione den. xij.
pro accusatione p saltuarios nihil.
pro appodissa de gravando d. iiij.
pro satisdatione den. xij.
pro citationibus et earum relationibus nihil.

De modo emendandi damna data per scolas, & qui teneaotur. Rubrica. V.

STatuimus, & ordinamus, q̄ si quod damnum dabitur super aliquibus bonis io aliqua scola, q̄ omnes homines dictæ scolæ, & seu habitantes in ea teoeantur ad emendaoionem dicti damni. Nec laboratores dictorum boonorum cogi pos/sint ad emendationem dicti damni directæ, vel indirectæ, nisi prius cōstiterit dictos laboratores vel eorū familiam, seu eorum animalia tale damnum dedisse, quo ca/su, tunc laboratores teneantur ad eorum emendationem, & collectæ quæ impone rentur pro tali emendatione distribui debeaot pro fumāte tantum, & noo pro exti/mo. Nec liceat homioibus dictæ scolæ aliquid directæ, vel indirectæ io contrarium quoquo modo attētare, seu ordinare in fraudem huius statuti, propter quod aliqui de dicta scola magis graueotur, q̄ alii pro tali condemnatione damoi dati, aut aliqui inmunes habeantur ab huiusmodi onere. Et scola quæ contra prædicta disposuerit siue ordinauerit pœna quinq; librarum booon. puniatur, & dispositio sit ipso iure nulla, & nihilominus vniuersa scola talem emendationem soluere compellatur.

De damnis personaliter datis. Rubrica. VI.

PErsonaliter damnificantes refrenare, ac punire volentes eorumq; temeritatē, & dolum acrius pœnis cohibere cupiētes, qui ratione noo vtunē. Statuimus, & decernimus, q̄ si quis alterius vineam absq; domini, vel alterius de domini familia præsentia, vel licentia per prius habita ingressus fuerit a calendis Martii vsq; quo vinea fuerit vindemiata soluat solidos. av/ alio autem tempore solidos septem, si in lazariis extra vineam existentibus dimidiam dictarum pœnarum dictis tempori/bus persoluat. Si damnum io ea dederit herbam vel folia vitium faciendo duplum soluat, eius quod supra dictum est dictis temporibus. Si vitem deuastauerit vel defer/ri curauerit in vinea, vel lazaria, aut super arborem existentem, vltra pœnam ingres/sus soluat pro qualibet vice solidos decem. Et si vitem ea vinea, vel lazaria, vel ex ar/bore rapuerit, vel extirpauerit vltra pœnam ingressus pro qualibet vite io solidis vi/ginti puniatur, si vuas exportauerit soluat pro quolibet racemo solidos quinq; vltra pœnam ingressus vineæ, vel lazariæ. Et si quo tempore quis arundioes, vel palos ex vinea asportauerit pœna solidorum viginti puniatur, & io eandem pœnam incur/rat, qui iouentus fuerit portare vites, arundines, vel palos, nisi requisitus ostenderit de suo accepisse, vel de alieno de domini, vel alicuius de eius familia præsentia vel consensu. Portantes vero (etiam ab eorū vineis) vltra tres racemos, pro vt cōsue/uit portari per quamlibet personam, quinq; solidos bonon. pro quolibet racemo soluere debeant. Et qui non permiserit se perquiri, & videri ab officialibus super ip/sis vuis aportandis fugiendo, vel recusando, puniatē ac si inuētus esset habere quinq; racemos, siue (vt aiunt) grappos, vltra tres vt supra permissos, & simili pœna pu/niatur qui vuas deiecerit oe videretur eas indebite portare, & hoc noo intelligatē de muschatello, & ingliatica, cum licere volumus aportare de suis, & ad vendendū & pro eorum vsu ad libitum, dumtamen sint maturæ. Nullus etiam portare possit vuam isturam, vel de alieno accipere, sub pœnis prædictis, nisi cum appodissa, & li/centia officii Domioorum Antianorum. Si quis autem vinum nouum, vel mustū fecerit ante publicam vindemiarum ordinationem in cētū solidis bonon. puniatē. Et liceat officialibus deputatis a cōmunitate perquirere in domibus, & aliis locis p̄ inueniendo vinum vel mustum huiusmodi. Si vilis, vel abiecta persona inuenta fue/rit in vioeis damnum dare, si coodemnationem non soluerit in termino triū die/rum, ponatur ad cathenam publicam palatii domini Potestatis versus plateam, & ibi permanere debeat cathenatus a mane vsq; per totum diem. Licentiam tamē da/mus & impartimur omnibus garauellare volentibus per octo tantum dies post ex/pletas vindemias, vineas ingredi & in vineis, & lazariis racemos colligere dicto tē/

pore, dum tamen aliud damnum non inferant, quo casu de damno dato puniri debeant secundum formam statutorum. Venatoribus vero liceat cum canibus, & personis tantum ire per vineas, & lazarias vindemiatas impune usq; ad calẽdas Martii dummodo pedestres eant. Qui autem fructus arborum alterius, vel folia earum acceperit in solidis decem bonoñ. qualibet uice puniatur. Si quis uero in ortis, uineis & arboribus in ciuitate seu burgis damnum, uel deuastationem intulerit condemnetur ipse, & quilibet simul, uel coniunctim inferens damnum huiusmodi, in libris quinq; bonoñ. si de die id fuerit, si autem noctis tempore poena talis duplicetur, cõmuni tantum Fauentiæ pro dimidia applicanda, & pro alia dimidia accusatori, si accusator interuenerit pro huiusmodi quasi maleficio, & dãno cõmisso, & ad emẽdationem domino damni secundum q iurauerit ipse dominus, salua semper auctoritate iudicum damnorum datorum moderandi ipsam damni emendationẽ, quãdo uideretur iurans debitam emendationis metam excessisse. Pro simplici uero ingressu contra domini uoluntatem poenæ prædictæ dimidientur. Si quis in ortum uel canetum pedester iuerit solidos quinq; soluere teneatur, si autem damnum dederit solidos decem soluat. Si in prato damnum dederit herbam faciẽdo, in solidis decem bonoñ. poena puniatur. Si in silua, uel salicto ligna inciderit, uel acceperit in solidis quindecim puniatur. Si uero in aliqua terra sata, uel seminata damnũ dederit herbam faciendo, uel euellendo in decem solidis bonoñ. puniatur, si solum pedes, per eam iuerit in quinq; solidis puniatur, & si quis repertus fuerit portare herbã puniatur, ac si repertus fuerit in actu damni dictæ herbæ, nisi ostenderit illo tunc accepisse de loco non uetito, & seu sibi licito, ad quod uidendum officiales ire teneãtur, & si in mendatio repertus fuerit in duplo puniatur. Si quis autẽ plantam aliquã arborum deuastauerit, inciderit, uel ruperit, si planta fuerit unius anni in solidis uiginti puniatur, si secundi anni, in libris tribus bonoñ. puniatur. Si autem fuerit tertii anni, uel ab inde supra, solidis centum bonoñ. poena puniatur, & q de plãta dictum esse itelligimus, etiam & idem obseruari, & fieri in arboribus naturaliter natis, quãuis non plantatis declaramus. Quarum poenarum pro arboribus, ut supra, impositarum medietas sit domini, alia cõmunis. Si uero ignoretur de damno dato in plãtis, & arboribus, uel cuius fuerint animalia quæ arbores decoriauerint, aut deuastauerint, tunc scola, & seu per homines scolæ, in qua damnum datum fuerit, quarta pars dictarum poenarum domino arborum pro emendatione sui damni persoluatur. Et si intus circlam per habitãtes in dicta circla pro porta ad quam responderent habitantes pro capellis Fauentiæ, & prædicta quarta pars poenæ domino damni persoluatur. Declarantes q prædictæ omnes poenæ intelligãtur esse appositæ pro qualibet uice, qua damnum datum sit, & pro qualibet persona, & pro qualibet arbore uel uite, & poenæ ipse duplicentur, & exigi possint, si de nocte damnum datum fuerit, aut in aliquo prædictorum contrafactum fuerit. Poenarum autem omnium pro damnis datis tam a personis, q̃ ab animalibus impositarum exactio, & exequtio fieri possit & debeat in continenti sine alio processu uel declaratione & de facto, & tam realiter, q̃ psonaliter grauari possint in comitatu, & in circlis habitantes & q̃libet de familia eius, cuius persona, uel animalia reperta fuerint damnũ dedisse. In ciuitate autem paterfamilias tantum, & ille qui inuẽtus fuerit in damno grauari debeat, eo tamen saluo q cum iudicibus damnorum datorum eis uideretur cognoscendum esse de causa damni dati, tunc non fiat ipsa exequtio nisi pro ut diffinitum esset per sententiam. Ipsa tamen cognitio saltem infra mensem fieri debeat. Alioquin talis exequtio impediri non possit modo aliquo, saluo si non appellaretur a declaratione iudicum ad Dominos Antianos pro tempore, quæ appellationis causa terminetur etiam infra mensem, alias in exequtione procedatur, si confirmata fuerit indicum sententia. Quarum omnium poenarum exequtio locum habeat & fieri possit pro tempore unius anni, a die accusationis computandi, quo anno elapso quis molestari non possit. Excepto tamen si super huiusmodi accusatione litigaretur, quo casu annus incipiat a die finitæ litis.

De damnis datis a bestiis. Rubrica. VII.

STatuimus, & ordinamus, q quælibet persona, quæ accusata fuerit de dãno da/
to ab eius equo, seu mulo, aut boue, vel asino, si in vinea, aut eius ripa, seu capi/
tali, a medio mensis Martii, vsq; quo vinea fuerit vindemiata, soluat pro quoli
bet prædictorum animaliũ, & qualibet vice, solidos viginti bonoñ. quolibet vero
alio tempore soluat solidos decem. Si vero damnum datum fuerit in orto quolibet
tempore soluat solidos decẽ bonoñ. In silua vero, seu salicto primi anni, seu vt dicũt
noueletæ, solidos quinq; bonoñ. si in caneto totidem. In omnibus autem aliis semi
natis solidos sex bonoñ. In prato vero a calendis mensis Martii vsq; quo pratũ sec/
tum fuerit solidos quinq; bonoñ. Nulla tamen persona accusari possit, si eius anima
lia cuiuscunq; conditionis existant reperta fuerint in pratis sectis, nisi pratum huius/
modi esset, vt supra, aliquo modo signatum, quo casu vt supra possit accusari. Exci/
pimus tamen porcos, aut sues, qui nullo modo in dictis pratis vllo vnq̃ tempore pa
scere, aut intrare queãt, sub dicta met pœna. Volumus itẽ, & ordinamus, q si qs accu
tus fuerit de damno dato ab eius pecude, si in vinea a medio mẽsis Martii, vsq; quo
fuerit vindemiata soluat pro qualibet pecude solidos quinq;, quolibet vero alio tẽ/
pore solidum vnum bonoñ. Si vero daretur damnũ in ripa, seu capitali vineæ intra
vineam quolibet tempore denarios sex bonoñ. Si vero in orto quolibet tempore
solidos duos bonoñ. Si autem in prato a calendis mensis Aprilis vsq; quo pratum
fuerit sectum denarios sex bonoñ. si in caneto per totum mensem Maii totidem sol
uat, in salicto, seu silua primi anni, seu noueleta soluat pro qualibet pecude solidum
vnum, & denarios sex bonoñ. In omnibus vero aliis seminatis denarios sex. Si vero
anseres, seu anates damnum dederint in aliqua terra seminata soluat dominus earũ
pro qualibet ansere, seu anate solidum vnum bonoñ. pro qualibet vero galina, ca/
pone, vel gallo denarios tres pro quolibet qualibet vice. Decernimus insuper, & or
dinamus, q si aliqua persona accusata fuerit de damno dato ab eius capra, vel hirco
si in vinea a calendis mensis Aprilis vsq; ad calendas mẽsis Iunii soluat pro qualibet
capra, seu hirco solidos vigintiquinq; bonoñ. qualibet vice, a calendis vero mensis
Iunii vsq; quo vinea fuerit vindemiata solidos decem bonoñ. quolibet vero alio
tempore in vinea, seu eius ripa, vel capitali intus vineã solidos tres bonoñ. Si vero
in orto, salicto, seu silua primi anni solidos decem bonoñ. In caneto vero a calẽdis
mensis Aprilis vsq; ad calendas mensis Septembris solidos quinq; bonoñ. quolibet
vero alio tempore solidum vnum bonoñ. Si vero in trisigo a calendis mensis Apri
lis vsq; ad calendas mensis Iulii solidos tres bonoñ. Alio vero tempore solidos duos
bonoñ. Si in prato a calendis mensis Martii vsq; quo pratum fuerit sectum solidũ
unum. Si uero damnum datum fuerit in plantis non fructiferis primi, vel secũdi, aut
tertii anni solidos quinq;. In plãtis fructiferis a dictis tribus annis in antea solidos de/
cem bonoñ. Statuimus præterea, & ordinamus, q quælibet persona quæ accusata
fuerit pro damno dato ab eius sue, aut porco, si in uinea, aut eius ripa, seu capitali in
tus uineam, a calendis mensis Aprilis usq; quo uinea uindemiata fuerit, soluat pro
quolibet sue, aut porco qualibet uice solidos decẽ bonoñ. quolibet uero alio tem/
pore solidos tres bonoñ. Si uero in orto damnum datum fuerit solidos decẽ boñ.
& si in caneto a calendis mensis Aprilis, usq; ad calendas mẽsis Septembris solidos
tres, alio uero tempore solidum unum. Si autem in trifigo, lino, legumine, uel pra/
to, seu alia terra seminata solidos quinq; bonoñ. Si uero damnum datum fuerit per
suillos, seu porcellos lactẽtes soluatur in omnibus casibus ac si damnum datum esset
a pecudibus, & suprascriptæ pœnæ in singulis casibus prædictis dupplicentur in be
stiis forensium.

Quando, & inquantum credatur iuramẽto accusatoris de, & super damnis datis. Rubrica. VIII.

Sancimus, & firmamus, q si quis aliquem in iuditio accusauerit, & proprio iuramento affirmauerit se inuenisse talem accusatum sibi damnum dantē, vel eius animalia tale damnum inferentia in ipsius accusantis bonis stabilibus cuiuslis generis, & dicto suo iuramento dixerit sibi damnum datum fuisse vsq ad summam & quantitatem solidorum viginti bonoñ. tali accusatori sic iuranti vsq ad dictam quātitatem credatur, & idem permittatur cuilibet laboratori, & colono etiam partiario, & cuilibet de ipsius domini, seu coloni familia, sic iuramento suo firmanti inuenisse aliquem dicto eius domino in eius bonis damnum dare. Quibus casibus tali iuramento accusatoris vsq ad quantitatem prædictam credatur, & vltra etiam exigatur si legittime aliter q̄ per iuramentum constiterit. D. iudicibus damnorum datorum de maiore quantitate damni dati. Teneantur etiam dicti coloni quorumcunq bonorum denuntiare infra triduum secuturum inmediate a die dicti damni dati dominis bonorum huiusmodi quoscunq inuenerint ipsi, aut aliquis de ipsorū familia dare damnum personaliter, vel cum ipsorum animalibus in vineis possessionibus, & bonis a se quomodolibet conductis, sub pœna solidorum viginti pro quolibet, & qualibet vice incurrenda, & tali denuntiatione de qua supra facta talibus denuntiantibus spectet, & pertineat dimidia emendationis damni prædicti, & idem intelligatur quando accusaretur aliqua scola de damno sibi in bonis prædictis dato quando non constaret quis damnum dederit, cui accusatori cum iuramēto credatē vsq ad dictam quantitatem solidorū viginti, & non vltra, nec ad aliā pœnā teneatē. Si autem damnum fuerit a viginti solidis supra vsq ad solidos quinquaginta boñ. tantum, tunc vltra iuramentum prædictum talis accusans huiusmodi damnum probare teneatur, etiam per vnum testem omni exceptione maiorem, sin autē per euidentiam rei, aut alio legittimo modo constare posset tale damnū datum nō fuisse, vel non tantæ quantitatis, tunc tali iuramēto neglecto veritati rei omnino standū esse decernimus. In dubio tamen tali accusatori cum iuramento prædicto vsq ad dictam taxatam quantitati credi volumus & mandamus.

¶ De deferentibus ligna, vel harundines alicuius, & de emendatione damnum passi in prædictis. Rubrica: IX.

Nullus deferat ligna, seu harūdines de possessionibus, seu terris alienis, nisi de licentia domini, vel possessoris, de qua licentia data, vel non vbi refricaretē in dubium credatur sacramēto domini, seu possessoris prædicti, & si quispiā contrafecerit pro sic delatis per eum soluat pro pœna solidos decem bonoñ. pro qualibet vice cum asello, vel aliqua bestia solidos viginti, super barotio quadraginta, & super curru centum solidos bononorum paruorum. Et saltuarii possint cōtra facientes accusare, & similiter dominus, seu possessor pro eius ex hoc damno, & quicunq eius famulus, vel familiaris, siue etiam colonus, factor, nuntius, seu procurator, ita q sacramento domini, seu possessoris, seu famuli, vel familiaris, coloni, factoris, nuntii, seu curatoris sacramento credatur, quantum est pro eius damno, & eius respectu tantum, non autem prætextu, & respectu pœnæ, si quicūq, vel alius ex eis suo iuramento affirmauerit se talem sic deferentem inuenisse, & hoc vsq ad valorem viginti solidorum bonoñ. Ab inde vero supra, tunc vltra iuramentum prædictum, teneatur probare per vnum testem vsq ad decem libras bonoñ. a decē vero libris supra per duos testes. Et in quolibet dictorum casuum teneatur talis deferens, seu qui, vt supra, repertus fuerit deferre domino, & possessori prædicto satisfacere de eius damno, vt supra liquidando, accedente iuramento, & probatione de quibus supra, singula singulis congrue referendo. Et q liceat domino, & possessori pdicto, aliisq pro eo vt supra agentibus, & cuilibet eorū talē deferentē, sicq deferre repertū, & quēcunq alium inuentū sibi dare damnū in re dñi seu possessoris pdicti,

si eum nõ cognouerit retinere & p̃sentare personaliter potestati puniẽdũ, & eiusdẽ sic reperti, seu inuenti pannos, res, & ferramenta quæ habuerit, vel habebat, possit talis dominus, seu possessor, & alius quicunq; ex prædictis pro eo agens propria auctoritate auferre impune, dummodo eos, eas, & ea præsentauerit dicto domino Potestati ea die, vel sequenti proxima.

De fossatis, carrariis, & terminis non mouendis. Rubrica. X.

CVpientes nemini damnum, iniuriã ve fieri, statuimus, & ordinamus, q̃ nulli liceat in fossatis, seu carrariis aliquid innouare, fossata in totum effodiẽdo, vel carrariam ad culturam reducẽdo absq; cõsortis licẽtia, vel consensu sub pœna librarum quinq; bonoñ. & nihilominus per cõtrafacientem innouata ad pristinam formam reducantur, nisi vicino vel consorti requisito, qua requisitione facta liceat requirenti post lapsum decem dierum, requisito non concurrente totum effodi facere, & terram, quæ extrahitur, in bonis suis impune proici facere, & si cõtrafaciẽtis notitia non haberetur, scola in qua nouitas talis cõmissa fuerit, nouitatẽ ipsam ad antiquum pristinumq; statum reintegrare teneatur tantum. Prohibemus etiam terminos poni, vel appositos amoueri absq; conuicini licentia, vel consensu aut iudicis auctoritate prohibitionis huiusmodi contemptor in libris. xxv. bonoñ. puniatur, & termini positio, vel amotio nullius sit efficatiæ, vel momẽti, & quo firmius præmissa obseruentur, quoslibet ad accusationem hortamur, & admitti volumus in præmiumq; dimidiam pœnæ policemur, ac dari volumus, & sit præcisum.

Quod nemo audeat bona alterius ingredi, vel ex inde aliquid exportare. Rubrica. XI.

SAncimus, volumus & firmamus, vt ruralia bona custodiãtur, q̃ nullus audeat vel præsumat bona aliena, seu ab aliquo possessa ingredi, nec ex eis ligna, aut fructus aliquos amouere seu exportare absq; expressa possessoris licentia, sub pœna solidorum viginti bonoñ. pro qualibet vice. Liceat tamẽ impune cuilibet ĩgredi, & ire per terras ab alio possessas, & frumento, seu alio genere segetis non seminatas, transeundo tantum, ac etiam prata quæcunq;, postq̃ ex eis fenum fuerit amotum, & id liceat vsq; ad calendas Maii tantum. Nulli quoq; liceat portare ligna, aut harundines aliquas in comitatu, seu districtu, aut in ciuitate in collo, vel in capite, absq; domini licentia pœna solidorum viginti pro quolibet, & qualibet vice, & id præcauere teneantur custodes portarum, qui denuntiare iudicibus damnorum datorum teneantur sub pœna solidorũ. xv. bonoñ. pro quolibet custode sic non denũtiãte pro qualibet vice. Et si ĩ aliqua domo, seu albergo, seu orto repertũ fuerit frumentum, spicæ, vuæ, seũ mustum, aut ligna aliqua vel harũdines, & habitator dictæ domus, alberghi & tecti illius, & eas ex bonis alienis, seu ab aliquo possessis exportauerit, seu si bona non habeat, ex quibus huiusmodi recolligere non possit, nec constet a quo, seu a quibus ea emerit seu habuerit, talis habitans puniatur ac si accusatus & inuentus fuisset, & credatur in omnibus præmissis accusatori cum vno teste fide digno, & teneantur exploratores damnorum datorum scrutari diligenter bis quolibet mense in domibus, & alberghis quibuscunq; per scolas comitatus Fauentiæ, & intus circlam existentes, & sit præcisum.

De præceptis de non ingrediendo fiendis. Rubrica. XII.

ITem sancimus, & ordinamus, q̃ liceat cuilibet possessori bonorũ stabilium suorum, & a se possessorum præcipi facere, etiam de mãdato iudicis illi, quẽ idem possessor nominauerit de non ingrediẽdo bona sua, seu a se possessa, idq; dictus iudex aditum concedere teneatur, præcipiendo etiam sub pœna librarum decem

boñ. vel maiori iudicis arbitrio, nec talis nominatus audeat bona huiusmodi solus, vel cum aliis seu cum eius bestiis ingredi vbicunq; sint posita bona huiusmodi in comitatu seu districtu Fauētiæ, & si tali præcepto neglecto, ille, cui præceptum fuerit, contrafecerit, omni exceptione cessante puniatur in pœnam dicti præcepti quã primũ constiterit de huiusmodi inobedientia, ac de dicti possessoris pacifica possessione, & ad probandum de tali contrauentione sufficiat iuramētum accusatoris id de visu deponentis cum alio teste idoneo, & sit precisum nisi de iure ostendat sibi id licere, dummodo id ostenderit legitime antedictum spretum præceptum, quo spreto super suo iure non audiatur, nisi dicta pœna soluta.

Quando procedi non possit contra damnificantem & de damnis inspiciendis. Rubrica. XIII.

SAncimus quoq; & firmamus procedi non posse, nec debere contra damnificantes cum eorum personis, seu bestiis bona ab aliis possessa, quando talia damna illata fuerint de expressa licentia possessoris huiusmodi bonorum præcedente, & pro plena probatione habeatur talis possessoris iuramentum iurantis talem licentiam dedisse ante dictum damnum datum, vel nisi talis licentia in actis manu notarii actuarii damnorum datorum scripta appareat, vel per testes fidedignos id legittime probetur, & hoc non vendicet locum in colonis partiariis, seu affictuariis, aut in operariis ad laborandum conductis, quibus casibus simplici dicto dicti possessoris, seu eius nuntii, & pro eo agentis credatur, & si aliqua dubitatio, seu quæstio oriri contigerit de quocũq; damno dato, iudices ad hoc deputati ad requisitionem partis petentis, eiusq; expensis teneantur mittere & destinare duos per ipsos iudices eligendos, & deputandos, vel personaliter accedere ad dictum damnum videndum quando esset de recenti datum, ita ꝙ de eius veritate ꝑ aspectum, & accessum ad locum de veritate damni apparere possit, quorum relationi iurate super extimatione dicti damni stetur, & hoc ne quis cogatur soluere maiorem quantitatem q̃ sit damni dati extimatio vera, & hoc nõ vendicet locum in accusationibus saltuariorum, & aliorum officialium, nisi quando ipsis iudicibus videretur id conuenire, vel quãdo allegaretur huiusmodi officiales modum in accusando, vel denuntiando excedere. Declarantes tamen ꝙ fratres, & fratrum filii dũtaxat possint propter diuisionem bonorum inter eos factam pro bonis contiguis inter ipsos cõuenire, ne accusentur de damnis sibi per eos, vel eorum familiares, animalia, & colonos inuicem datis, & dandis.

De laboratoribus possessionum expellendis, etiã non finito tempore locationis. Rubrica. XIIII.

ITem ꝙ cum plurimæ fraudes, & malitiæ comittantur, & fiant per laboratores terrarum, & possessionum contra homines quorum possessiones existũt, seu locationes ipsarum in damnum & præiuditium eorumdem. Vt igitur omnis materia fraudibus præcludatur. Statuimus, & ordinamus, ꝙ omnes & singuli laboratores terrarum vinearum, & possessionum quarumlibet & quorumcunq; hominum ciuitatis, & districtus Fauentiæ cogãtur, & debeant dimittere eas dominis, seu locatoribus earum, & ipsas vacuas dimittere personis, bestiis, familiis, & rebus omnibus ipsoꝝ laboratoꝝ finito tempore locationis, & cõcessionis, & non ꝓsumat talis laborator, vel aliq̃s de sua familia ꝑsonaliter, vel cũ eoꝝ bestiis ipsum dñm, seu locatorẽ possessionis, vel ipsam possessionẽ i aliquo molestare, vel dãnificare arboribus, vel aliis per se, vel alios quoquo mõ sub pœna libraꝝ. xxv. boñ. vltra ꝯuentionalẽ pœnã in quolibet casu ꝑdictorũ. Liceat tñ dñis possessionũ seu locatoribus caꝝ ante tẽpus ꝯductionis, & locatiõis finitæ eoꝝ possessionẽ aliis ꝯcedere, & locare, nõ obstãtibus pactis primæ locatiõis, quibus etiã durãtibus possit dñs laboratorẽ expellere, quãdo

coram domino Potestate, seu alio iusdicente ciuitatis Fauentiæ iuret dominus, siue
locator q suspectum habeat talem suum laboratorem partiarium, etiam nulla alia
expressa, vel ostensa causa, sed solum iuramẽtum ipsius locatoris super dicta suspitio
ne sufficiat, etiam pro plena probatione, id q liceat dictis locatoribus, nõ obstanti
bus quibuscunq conuentionibus, pactis, instrumentis, & obligationibus, etiam iu/
ramento vallatis, & tũc ad petitionem domini, cuius fuerit possessio, seu locatoris,
præcipiatur laboratori prædicto pro se & sua familia, si habitauerit in ipsa possessio
ne, q infra. x. dies a die facti præcepti de ipsa possessione discedat cum familia & re/
bus suis, vel si ibi non habitauerit q de cætero in ea nõ intret, vel laboret, sub pœna
librarum decem bonoñ. Et in singulis dictorum casuum si mãdatum seu præceptũ
sibi factum non seruauerit, vel si in ipsa possessione damnum dederit laborator per
se vel alium, vel suam familiam condemnetur per dominum Potestatem in decem
libris bonoñ. & domino damni ad emendationẽ sui damni, & nihilominus posses/
sionem relapset, & ad id compellatur per Potestatem seu alium iusdicentẽ realiter
& personaliter. Et ad probationem omnium, & singulorum prædictorum sufficiat
iuramentum domini possessionis, seu locatoris, dummodo talis iurans sit maior
quattuordecim annorum, si autem minor annorum fuerit, sufficiat tunc iuramen/
tum eius tutoris vel curatoris. Reseruata tamen ipsis laboratoribus, sic vt supra suspe
ctis iuratis facultate colligendi fructus pendentes suis debitis temporibus, quorum
partem debitam prædictus laborator teneatur domino, seu locatori ĩtegraliter por/
tare & assignare iuxta formam statutorum ac conuentionum inter eos initarum.
Disponentes tamen, q si talis laborator incepisset laborare dictas res cõductas expel
li non possit nisi primo ei de suo labore a domino, vel locatore seu nouo cõducto
re rei integre fuerit satisfactum, & sit præcisum.

De impedientibus laboratores, & de areis claudendis. Rubrica. XV.

Item statuimus, & ordinamus, q quicunq prohibuerit vel quo quo modo cõ/
tradixerit verbo, vel facto, ne quis laborator possit aut valeat possessionem, seu
terras alicuius conducere ad laborandum, vel conductas colere, condemnetur
in vigintiquinq libris bonoñ. pro qualibet vice, & de tali contradictione probare
sufficiat iuramento domini, seu possessoris talis rei, cum depositione tamen vnius
testis de veritate, vel trium de fama pblica. Insuper statuimus q quicũq laborator
seu quilibet alius qui habitaret aliquam domum, aream vel curtem sitã iuxta posses
sionem seu bona alicuius teneatur claudere cum clausura altitudinis a terra duorũ
pedum ad minus, & clausam tenere dictam aream & curtẽ, ita q eius animalia (cu/
iuscunq generis) non possint in bonis vicinorum suorum, & quæ ipse siue alter la
boraret ingredi sub pœna solidorum vigintiquinq bonoñ. pro qualibet vice, qua
accusati fuerint sine aliqua condemnatione facienda per iudices damnorum dato/
rum, & ad soluendum damnum passo emendationem damni, de quo credatur ipsi
passo vsq ad quantitatem viginti solidorum, si hoc iurauerit, & ab inde supra quan
tum probauerit per testes sine aliqua solemnitate seruanda.

De obligationibus colonorum circa fructus & paleas. Rubrica. XVI.

Statuimus q coloni terrarum, vel possessionum hominum ciuitatis Fauentiæ,
vel eius comitatus, aut districtus, ad petitionem possessorum earum quas colũt
teneãtur, & ad id per potestatẽ, vel eius vicarium, vel iudicem aliquem cõmu/
nis Fauentiæ compellantur ad voluntatem locatorũ terrarũ, seu possessionũ hmõi
dimidiã fructuũ illarũ, vel partem dictis locatoribus tangentem, deferre in manipulis
siue couis in eadem scola, vbi tales possessiones, vel terræ sitæ essent, vz ad locum
vbi mandauerit locator, & etiam extra dictam scolam, dumtamen non conducan/
tur extra scolam per medium miliare, vel vltra, & volentibus locatoribus vltra

conduci, teneantur coloni, ita tamen ꝙ colonis ſic conducentibus vltra medium miliare ſatiſfiat a locatoribus de tali vlteriori conductione, & ipſos fructus triturare mundare, & aptare omnibus expenſis ipſorum colonorum infra congruum terminum. Et ꝙ tales coloni etiam teneantur dare, aſſignare, & deferre dominis, ſeu locatoribus dimidiam, & partem ſuam de reliquiis vltra frumentum nitidũ. Et nihilominus dare teneantur dictam partem ſuam de omnibus prædictis eiſdem locatoribus. Ac etiam teneantur dicti coloni habitantes in alienis poſſeſſionibus tempore eorũ receſſus de eis, dimittere ibidem paleas dominis, ſeu locatoribus dictarum poſſeſſionum, ſub pœna librarum quinq; bonoñ. cuilibet contrafacienti pro qualibet vice vltra paleam. Liceat tamẽ ipſis colonis per eorum animalia rodere ſuper dictis poſſeſſionibus de quibus diſcedunt dimidiam palearum recolectarum ſuper eis de eo anno quo recedunt, quam tamẽ dimidiam ſi locator voluerit habere teneatur ipſe colonus relapſare pro prætio condecenti dicto locatori. Laboratores vero terrarũ teneantur dimidiam palearum locatori Fauentiam conducere, vel ad areã poſſeſſionis dicti locatoris abſq; vlla mercede.

¶ De cultura per colonos adhibenda, & de fructibus per eos cuſtodiendis & triturandis. Rubrica. XVII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ coloni partiarii, ſeu laboratores prædia poſſeſſiones, & terras, quas colendas duxerint, teneantur quater cõgruis temporibus eas arare, & congruo tempore videlicet ſaltem per totum mẽſem octobris quinto ſulco illas ſeminare ſaluis tamen aliis cõuentionibus inter eos, & locatores factis, & initis ſub pœna ꝑ q̃libet tornatura, & qualibet vice, qua omiſerint eas (vt ſupra) colere & arare ſolidorum viginti bonoñ. locatori poſſeſſionis applicandorum pro ſuo damno, & intereſſe. Simili pœna teneatur conducens vineam ad colendum, ſi eam diligenter putare, & bis debitis temporibus ligonizare omiſerit, pro qualibet vice, ac qualibet tornatura locatori vineæ, pro ſuo damno, & intereſſe applicãda, & ꝑ illo anno quo ſic ceſſauerit talis colonus nihil habeat ex fructibus dictæ vineæ. Si vero tantum vna vice in ligonizando ceſſauerit quartam partem dictorum fructuum dictæ vineæ habeat, ſaluis ſemper dicta pœna, & aliis pœnis cõuentionalibus. Si vero coloni, & laboratores prædicti tenerentur ex pacto ponere fimum, ſeu letamen in dictis poſſeſſionibus, & vineis, & non poſuerint, teneantur ſoluere domino pro qualibet ſalma ſolidos quinq; bonoñ. & ꝑ quolibet curru ſolidos quindecim, & antequam dictum fimum, ſeu letamen in ipſis terris, ſeu vineis ſpargatur, debeat locator requiri per ipſos laboratores, quodq; teneantur, & debeãt dicti coloni ſuis expenſis, & laboribus ſingulo recolectu in area poſſeſſionis, ſeu terrarum locatoris portare vnã ſeu duas cappas grani, ſeu frumenti, accipiẽdo illas de quolibet aceruo ſiue pignono frumenti exiſtentes in agro manipulum, ſeu couum vnum frumenti, eas ꝙ triturare debeat in dicta area ſeu alibi, pro vt dictis domino, ſeu locatori videbitur, & eo frumento triturato, debeant dicti coloni illud in præſentia domini, ſeu eius nuntii menſurare, & eius menſuræ cuius repertæ fuerint ipſe cappe (vt ſupra) triturate debeant, ac teneantur dicti laboratores de reſiduo frumenti triturandi in eadem menſura dominis, ſeu locatoribus prædictis reſpondere. Inſuper obligati ſint prædicti coloni tempore meſſium requirere dominos, vt vadant ad vidẽdum & numerandum cappas, & aliam quantitatem frumenti, & bladi quæ de poſſeſſionibus colligentur, anteq̃ frumentum, & blada extrahantur de agro, & debeant ipſi laboratores omnem quantitatem frumenti, fabarum, ordei, & ſpeltæ trituraſſe, ac mundaſſe, & menſuraſſe ac ad domum domini, ſeu locatoris detuliſſe in, & per totum diem decimam quintam menſis Auguſti ad plus ſub pœna ſolidorum decẽ bonoñ. pro qualibet cappa in prædictis omnibus, & ſingulis caſibus. Teneant etiã

dicti coloni terrarum,& vinearum notificare locatoribus prædictis qualibet vice, qua laborauerint seu arauerint dictas terras & vineas infra tertiam diē, & coloni vi/nearum notificent infra dictum tempus de putatione,& ligonizatione pro qualibet vice,si volunt ire ad videndum terras,& vineas (vt supra) per eos laboratas pœna solidorum decem bonoñ.pro qualibet tornatura terræ,& vineæ solidorum vigin/ti bonoñ.pro qualibet vice,qua omiserint denuntiare (vt supra) & laboratores vi/nearum non debeant vindemiare sine licentia locatoris sub pœna librarum decem bonoñ.pro medietate locatori applicāda,& pro alia medietate cōmuni Fauētiæ

¶ De arboribus plantandis,& fossatis faciendis per colonos. Rubrica. XVIII.

SAncimus,& ordinamus,ꝙ quilibet colonus singulo anno teneatur plantare su/per possessionibus,& terris,quas colunt duas plantas arborum pro singula tor/natura,videlicet de arboribus existentibus in prædiis, seu terris huiusmodi, & eis non existentibus de dandis sibi per locatores. Ac etiam singulo anno teneantur plantas quaslibet/per quemcunq; plantatas custodire, sub pœna solidorum quinq; pro qualibet planta. ¶ Item obligatus sit,& intelligatur dictus laborator fossata nō facta de nouo facere,& facta reficere,vbicunq; opus fuerit,& necesse/sub pœna quinq; solidorum pro qualibet pertica fossati non facti,seu non refecti/applicāda domino possessionis pro eius interesse,saluis tamen conuentionibus & pactis inter dominū & ipsum colonum initis,

¶ Quando bona locata intelligantur reconducta. Rubrica. XIX.

STatuimus,& ordinamus,ꝙ conductores quorūcunq; bonorum mobilium, & imobilium,vel se mouentium teneantur saltem per vnum mensem ante finitā locationem/vel conductionem denuntiare locatoribus, vel eorum heredibus an velint prosequi in dicta locatione pro eodem met tempore,quo primo condu/xerant/alias ipsis non notificantibus intelligantur ipsa bona reconduxisse pro eodē met tempore/quo conduxerant, & cum eisdem pactis/conuentionibus/& obliga/tionibus,prout primo conduxerant.Et similiter singulis annis (vt supra) notificare teneantur alias semper reconduxisse intelligantur(vt supra)& hoc quandocūq; pla/cuerit talis reconductio locatori aut eius heredibus.

¶ De iis ad quæ tenentur coloni factis seminibus. Rubrica. XX.

SAncimus,& ordinamus,ꝙ coloni terrarum anteꝗ̄ seminent, teneantur omne letamen existens in area, & stabulis possessionis portare super terris seminādis, & factis seminibus carrarias releuare,& fossata dictis seminibus facere cōpetēter & ipsas seminatas congruis temporibus ronchare,ac tempore debito metere/reco/ligere,& triturare eorum propriis expensis, & laboribus, & locatori partem suam deferre Fauentiam,vel in eius comitatu seu districtu ad domum habitationis dicti lo/catoris in horeum suum/factoq; paleari/paleas dimittere pro vt in alio statuto de paleis disponente,ac etiam si quod letamen esset in area/vel stabulis possessionis,il/lud totum ibidem relinquere,etiam si eos contingeret discedere ex dictis possessio/nibus,pœna in pdictis omnibus & singulis casibus suprascriptis,& pro qualibet vice librarum quinq; bonoñ.vltra emendationem damni,& interesse locatoris.

¶ De pœna ducentium currum,barotium, vel aratrum, per possessionem alicuius. Rubrica. XXI.

NVllus audeat per agrum,pratum, vel siluam,canetū,& vineam alicuius/ cur/rum,barotium,aut aratrū ducere sub pœna solidorū viginti in terris, prato,

vel silua

vel filua pro qualibet vice, in vineis autem, vel caneto librarum quinq; bonoñ. pro quolibet, & qualibet vice, & prædicta non intelligantur in stipulis manzaticis, & sal dis terris in quibus impune prædicta liceant nisi dominus prohibuerit.

¶ De emendatione soluenda damnum passo. Rubrica. XXII.

QVilibet accusatus per officiales, vel saltuarios damnorum datorum de ali quo damno dato personaliter, vel a bestiis, vel aliter quomodocunq; in possessionibus, vel bonis alicuius sitis in comitatu, vel districtu Fauentiæ, teneatur soluere damnum passo vltra poenam, quam soluere tenetur ex forma statu torum loco satisfactionis damni dati, quantum est dimidia dictæ poenæ ipsi damnũ passo. Reseruato ipsi domino iure probandi maius damnum, & ad id compellatur realiter & psonaliter, & de facto sine aliqua cõdẽnatione, & hoc statutũ sit pcisum.

¶ De damnis emendandis per homines suburbiorum, & per exploratores damno rum datorum in casibus infrascriptis, & de poena saltuariorum, & familiarum offi cialium damna inferentium. Rubrica. XXIII.

SAncimus quoq;, & firmamus, q homines habitantes intus circlam, & extra ciui tatem teneantur emendare damna data intus circlam extra dictam ciuitatem damnum passo pro dimidia absq; alia solutione, & hoc si incertum sit, quis tale damnũ intulerit, & eo modo, & forma pro vt, & sicut in superioribus statutis decre tum, & sancitum fuit in capitulariis & hominibus scolarum de damnis in eorũ sco lis illatis, quibus hominibus intus circlam sic habitantibus liceat accusare omnes in fra circlas damnum dantes, quorum iuramento credatur, dummodo sint duo insi mul, & quilibet ex saltuariis, seu familiaribus iudicum damnorũ datorum possit per quemlibet accusare de singulis damnis per eos illatis, & in omni casu quo alius qui libet accusare possit, & credatur accusatori in hoc casu iuranti dũmodo habeat aliũ testem fidedignum pro eo legittime deponentem, & tales saltuarii, & exploratores & familiares prædicti damnari debeant ad soluendum duplum eius, quod quilibet alius soluere teneretur ex forma statutorum Fauentiæ super tali damno disponen tium, quibus tamen saltuariis, & familiaribus prædictis impune liceat ingredi & ire per bona quæcunq; quorũcunq; bonorum, absq; tamen damni illatione pro inue niendo, & agnoscendo damnum in ipsis bonis inferentes, vel etiam animalia ibidẽ damnum dantia ex inde expellant.

¶ De damnis datis a minoribus octo annorum. Rubrica. XXIIII.

VOlumus quoq;, & statuimus q damna illata per maiorem annorũ octo non excedentem ætatem annorum decem dumtaxat, emendentur absq; poenæ solutione, si vero talis damnum inferens excesserit ætatem annorum decem & ad damni illati, & ad poenæ integre solutionem cõpellatur, & in quolibet casuũ prædictorum. Pater pro filio & filia teneatur, & eo tunc defuncto mater, & auus, & quilibet alius eum in domo secum retinens, & eius curam gerens, eumq; gubernans teneantur, & cum filii alicuius denuntiantur in tali accusatione inseri & exprimi de beat nomen denuntiati, eiusq; patris, seu patroni, cum quo denuntiatus habitare di catur, & idem obseruetur in aliis accusationibus dandis super damnis datis.

¶ De damnificantibus inquirendis. Rubrica. XXV.

VOlumus quoq;, & sancimus q Iudices damnorum datorum, & alii officiales seu saltuarii super huiusmodi damnis deputati, & deputãdi teneantur in prin cipio eorum officii diligẽter iquirere per parrochias ciuitatis, & eius subur

biorum,& per scholas comitatus,& districtus Fauentiæ de omnibus & singulis soli/tis diffamatis damna inferre,seu dari facere in & super bonis hominum dictæ ciuitatis,comitatusq;,& districtus,quos omnino cogere iuris remediis debeant,& teneantur idonee cauere,sub poena librarum vigintiquinq; bonenorum,vel maiori dicto/rum iudicum arbitrio de se præsentando coram eis quotiens fuerint requisiti, & de non inferendo damnum aliquod in alienis bonis,& si prædictam satisdationem nõ præstiterint,relegentur a dicta ciuitate comitatu,& districtu pro tempore declaran/do per dictos Dominos Iudices,& qui si inuenti fuerint damnum dare duplum sol/uant eius in quo condemnarentur,quando pro damnificantibus non essent diffa/mati & eos quilibet accusare possit cuius iuramento cũ alio teste fidedigno credat.

De non emendis lignis per exercentes fornacem in foro publico ante horam tertiarum. Rubrica XXVI.

ITem ordinamus,ꝙ fornacem exercẽtes per se,vel alium aliquo tempore in fo/ro cõmunis Fauentiæ ante horam tertiarum,non emant ligna , poena librarum quinq; bonenorum pro qualibet vice,& quilibet accusare possit dictum emen/tem coram Domino Potestate Fauẽtiæ seu Iudicibus damnorum datorum, qui pu/nire possit dictum ementem sine alia cõdemnatione facienda , & quarta pars dictæ poenæ applicetur accusatori,residuum vero distribuatur iuxta ordinationes ciuita/tis Fauentiæ,

De aggeribus fluminum non impediendis. Rubrica XXVII.

STatuimus,& ordinamus,ꝙ aliquis non debeat in aggeribus fluminum ligoni/zare,arare,serere,seu alia facere ex quibus impediatur fluminis cursus,& iter eũ/tium.Possint tamen illi quorum sunt dicti aggeres in eis vites,cannas,& alias ar/bores ad eorum libitum ponere,illasq; custodire,& ipsarum fructus recipere , dum/modo non diruant ipsos aggeres,& cursum aque,ac iter prædictum non impediãt, & qui contrafecerit incurrat poenam librarum quinq; bonoñ.pro qualibet vice , & quilibet possit contrafacientes denuntiare,& habeat medietatem dictæ poenæ,& ei credatur cum iuramento,& vno teste de visu deponente seu cum tribus de fama,& hoc nisi fuerit officialis publicus,seu saltuarius cõmunis Fauentiæ , qui habere non possit nisi quartam partem dictæ poenæ,& quicunq; bona habuerit iuxta dictũ agge/rem teneatur manutenere,& eleuare ipsum aggerẽ quotiens necesse fuerit , & offi/ciali videbitur expensis cuius est ipse agger,seu terra iuxta dictum aggerem.

De circla terminanda,& manutenenda,& de damno in ea dato,& habitantibus extra eam. Rubrica XXVIII.

SAncimus,& ordinamus,ꝙ homines cuiuscunq; capellæ habentes fumantes ex/tra ciuitatem,& intra circlas teneantur dictam circlam terminare, manutenere & euacuare ita & taliter ꝙ cursus aquarum liber sit,& non impediatur , & hoc vbicunq;,& quandocunq; videbitur aquarolis,seu aliis officialibus cõmunis Fauen/tiæ super hoc deputatis,& omne damnum datum in ea,seu ipsius ripis debeat emen/dari,& talis emendatio dari debeat ipsis capellanis,in quorum capellis fuerit dam/num datum.Nullus tamen possit laborare dictam circlam,aut eam explanare, & di/ruere,poena librarum quinq; bonoñ.pro qualibet vice,& in quolibet casuum præ/dictorum.Diffinitio autem circle huiusmodi sit ista,v3,a dicta circla,seu ab ecclesia & ponte sancti Iuliani inclusiue infra versus ciuitatem vsq; ad foueas portæ Imolen/sis a quadriuio existente vltra ecclesiam sancti Gregorii,vbi incipit schola quartu/gii infra versus ciuitatẽ vsq; ad foueas portæ Hospitalis,a ponte sancti Pauli vsq; ad portã Rauennatẽ,a ponte vero Sarnulæ vsq; ad portam Montis , seu Montanariã,

& a via imperatoris, quæ incipit a ſtrata portæ Montanariæ, & tendit verſus flumē Halamonis, diuidēs inter campū canonicæ ſancti Petri de Fauentia, qui eſt a latere ſuperiori dictæ viæ, & campū ſanctæ Perpetuæ q eſt intus circlā verſus ciuitatē vſq; ad foueas dictæ portæ. Et q oēs habitātes extra circlam prædictā ſint de ſcolis comitatus Fauētiæ, & intelligant ſubeſſe villis, & capitulariis, ac ſcolis in qbus habitāt, & qlibet teneat ſe facere ſcribi in illa ſcola, in qua poſitus eſt ille fundus in quo domus habitationis illius poſita eſt, & in eius extimo deſcribi in quo dictus fundus eſt deſcriptus, quibus libris extimorum, & eorum determinationi tam in prædictis, q in aliis ſimilibus ſtari debeat, & q omnes habitantes infra circlam ſint de illis capellis & eis reſpondeant iuxta determinationem dictorum librorum extimorum cōmunis Fauentiæ, & ſi per libros non appareat ſit proximioris capellæ.

¶ De ſcolis comitatus Fauētiæ terminādis, & de cantricis, foſſatis, riuis & pontibus per eaſdem ſcolas faciendis, & manutenendis. Rubrica. XXIX.

STatuimus, & ordinamus, q homines ſcolarū comitatus, & diſtrictus Fauentiæ, eorū ſcolas, & ptinētias earū terminatas, diſtinctas, & confinatas in earū finibus tenere debeant interſigniis notis, & terminis bene apparentibus, & prout ſuperioribus temporibus terminatæ, & diſtinctæ eſſe cōſueuerunt, ita q vna ab alia bene diſtincta cognoſcatur, & q in finibus earū circūcirca in pluribus variis, & diuerſis locis cuiuſlibet ſcolæ, vʒ in locis magis apparētibus teneant figere, & ponere ac fixos & poſitos manutenere terminos, & lapides, ita q a trāſeuntibus videri poſſint, & in caſu differentiæ dictorū cōfiniū ſtetur declarationi, & deciſioni Dñorū Antianorū pro tēpore præſidentiū regimini cōis Fauentiæ, teneatur etiā quelibet dictarū ſcolarū infra eius fines oia ſua foſſata, tracturos, cantricos, & riuos, ita & taliter facta, & facta manutenere q aquæ poſſint libere fluere, & vbi in eis pons aliquis neceſſarius fuerit, teneat pontes oportunos facere expenſis, vʒ illius ſcolæ, infra cuius fines fieri pontes expediret, vſq; ad quantitatē librarū quinq; boñ. & ab inde ſupra expēſis ſcolarū cōuicinarū, ad quarū vtilitatē magis expediret tales pontes fieri, vſq; ad quantitatē librarū quindecim boñ. & ab inde ſupra expenſis cōis Fauentiæ, niſi vbi aliter expreſſe ex forma alicuius ſtatuti prouiſum eſſet. ¶ Super quibus omnibus & ſingulis exequendis ſupeſſe debeant aquaroli, ſeu ſupeſtites viarū & pontiū cōis Fauētiæ, qui teneant in prædictis ſupereſſe, & ex eorū officio curare, ita q prædicta fiant, & exequtioni mandentur in locis oportunis, & congruis tēporibus, ſub pœna librarū decē boñ. pro ſingulo, & quolibet eorū negligente, & prædicta non exequente. Et quilibet poſſit contrafacientes, & negligentes denuntiare & accuſare, & accuſator habeat dimidiam dictæ pœnæ, & alia dimidia ſit cōmunis Fauentiæ.

¶ De milliaribus, & eorum menſura. Rubrica. XXX.

STatuimus, q milliare intelligatur quingentarum perticarum eſſe, & quando eſſet quæſtio de diſtantia alicuius loci ad ciuitatem Fauentiæ, incipiatur aperticatio pro milliari a platea magna dictæ ciuitatis.

¶ De cantrico, & foſſato fantino faciendo & aptando. Rubrica. XXXI.

ORdinamus, & decernimus, q homines ſcolarū ſācti Andreæ, Granaroli, ſancti Lucæ, Caſſanighi, Felixii, & ſancti Petri in lacuna, teneantur vbi expedierit & requiſiti fuerint, vel eis fuerit iniunctum per Antianos, ſiue Poteſtatē Fauentiæ, vel p eius officiales facere, & aptare, ac ita factū, & aptatū tenere cantricū quod eſt incipiēdo a pōte Moranighi, & finiēdo vſq; ad flumē ſenni, & etiā foſſatū fantinū, quod tēdit ad dictū cantricū, debeat p homines dictarū ſcolarū ita fieri, & factum teneri vſq; in finē comitatus & diſtrictus Fauentiæ, q aquæ p dictū cantricū, &

fossatū possint libere fluere, & decurrere, absq; aliquo impedimēto damno, & præ/
iuditio agrorū existentium circūcirca canticū, & fossatum huiusmodi. Et hoc pro
euidenti vtilitate viarū, & possessionū hominū ciuitatis, & comitatus Fauentiæ, &
maxime dictarum scolarum. Et ꝙ desuper eligi possint per Dominos Antianos pro
tempore dictæ ciuitatis Fauentiæ duo, seu plures homines de dicta ciuitate ad huius/
modi laboreria facienda, seu fieri facienda, quotiensunq; dictis Dominis Antianis
videbitur expedire, qui sic eligendi quæcunq; sibi iniuncta per dictos Dominos An
tianos, aut per dictum Dominum Potestatem, seu alium iudicētem super prædictis,
& pro executione prædictorum teneantur exequi cum effectu sub pœna librarum
decem bonoñ. pro singulo, & quolibet eorū contrafaciente, vel non exequente,
& pro qualibet vice qua cōtrafecerint, vel neglexerint ꝑdicta facere vel exequi.

De fossatis iuxta vias publicas faciēdis, & manutenēdis. Rubrica. XXXII.

ITem statuimus, & firmamus, ꝙ omnes coloni, etiam partiarii, bonorū in distri/
ctu, aut comitatu Fauentiæ existentiū iuxta, & prope vias publicas, & quæ sunt
infra tertium lapidem versus ciuitatem facere teneantur fossata ampla pedum
trium, & profunditatis aliorum duorum pedum, terram omnem ad viam huiusmo
di proiciēdo, & ea sic tenere, & id dominus bonorum huiusmodi obseruare tenea/
tur, quādo tali careret colono, & hæc sub pœna solidorū decem bonenorum pro
qualibet vice, qua contrafieri contingerit, & semper etiam ad prædicta omnino fa/
cienda compellantur, & nihilominus, si quis bona huiusmodi ingressus fuerit anteꝗ
prædicta fecerit, nō possit modo aliquo accusari, nec a quouis iudice condemnari
dummodo in via publica iri non possit, & sic eundo ex industria damnum aliquod
non intulerit, & idem etiam obseruetur, vt scilicet dānari aliquis non possit, sic alio
rum bona ingrediendo, aut in illis, vel per illa eundo, quādo viæ publicæ vsus luto
aut aqua impediretur, ita ꝙ comode per eas iri nō posset. Viarum autem vicinaliū
fossata fieri etiam debeant ea eruēdo solum per vnum pedem cum dimidio, & etiā
ad prædicta obseruanda forensium coloni, seu ipsimet forenses cogi, & compelli
possint, & valeant.

De pontibus, & viis fiendis, & manutenendis. Rubrica. XXXIII.

CVm expediat pontes, & vias publicas manuteneri, & reparari. Propterea sta/
tuimus, ordinamus, & firmamus scolas comitatus Fauentiæ, & eorum homi
nes teneri facere, & manutenere omnes pontes existentes in eorum scolis,
eorum propriis sumptibus, cura, laboribus, & expensis, & si contingerit pontem la/
pideum, aut ligneum in aliqua scola de nouo fieri, aut etiā reparari, & ob id grauis
impensa requiratur, tunc talis impensa fiat per eos, per quos faciendam esse declara
bitur per officium magnificorum Dominorum Antianorum ciuitatis Fauētiæ pro
tempore præsidentium, & eo modo & forma per eos declarandis, & tunc grauem
impensam requiri intelligatur quando & quotiens per dictos Dominos Antianos
declarabitur grauem impensam fiendam, & adhibendam esse, in qua tamen decla/
ratione fienda per dictos Dominos Antianos illud per eos obseruetur, ꝙ homines
illius scolæ magis in huiusmodi impensis grauētur, in qua pons huiusmodi fieri, vel
refici contingat, non obstante aliquo statuto aliter, vel in contrarium disponente,
& similiter teneātur scolarū incolæ aptare, & reparare in eorum scolis omnes vias
publicas, ita ꝙ earum vsus pateat, & per eas comode iri possit, etiam cum curribus.
Et si qui pōtes, aut aliqua strata publice indigeant refectione, seu reparatione aliqua
aptari & manuteneri debeant per homines scolarum illarum, quæ dictis pontibus,
& viis magis adherent, & quorū pōtium, & viarū huiusmodi vsus magis cōtinuat.
Et vt viæ comodius manuteneantur sancimus omnes, & singulos habētes in scolis
bona teneri ipsi, vel eorū coloni fossata oportuna facere iuxta stratas, & vias hmōi,

sub pœna librarum decẽ bon.incurrenda quandocunq; ad mandatũ dñi Potestatis, aut officialiũ damnorum datorum hæc non facerent,& totiens cõmittenda,& exigenda quotiens tali mandato non obtemperauerint.

De flumine Hamonis reparando. Rubrica. XXXIIII.

ITem volumus,& firmamus,q flumen Hamonis muniatur & reparetur per homines scolarum infra stratam existentium ab ecclesia madcariæ , vsq; ad locum gazzi ab vtraq; parte fluminis,vbicunq;,& quandocunq; oportunum fuerit & necessarium,& teneat dñs Potestas facere assignari cuilibet scolæ,ratam, & partem sibi tangentem pro tali reparatione,& munitione,& hoc ne flumen pdictũ exeat alueũ suũ,& extra fluat,idẽq; obseruet in aliis fluminibus fluentibus, & trãseuntibus p comitatũ,aut districtũ Fauentiæ,& quandocunq; fuerit oportunũ, seu necessariũ domini Antiani pro tẽpore præsidentes teneãtur officialẽ vnũ sup pdictis deligere.

De viis publicis. Rubrica. XXXV.

STatuimus,& ordinamus,q omnes viæ publicæ,quæ reperientur quoquo modo occupatæ sine legitima licentia & auctoritate reducantur ad pristinũ statũ per eos qui eas ita occupatas tenent,infra spacium vnius mensis postq ei fuerit iniunctum per Dominos Antianos,seu per officiales dicti cõmunis eorũ mandato sub pœna librarũ decem bonoñ.comitenda , & cum effectu exigenda , si infra pdictum tempus præmissa non obseruauerit. De cætero autem nulli hominum liceat occupare vias publicas sine auctoritate & expresso assensu in scriptis obtento cõsilii generalis,aut dominorum Antianorum pro tempore præsidẽtiũ vna cum adiũctis & accedente assensu maioris partis vicinorum,& nõ aliter, & hoc sub pœna librarum vigintiquinq; boñ. Vicinales vero viæ in comitatu occupari non possint nisi accedente omnium conuicinorum interesse habentium , & dominorum Antianorum pro tempore præsidentium consensu,& non aliter,& sit præcisum.

De danda via non habenti. Rubrica. XXXVI.

ORdinamus q cuilibet non habenti viam per quã comode iri possit ad prædium,seu ad alia bona sua,quilibet iusdicens in ciuitate Fauentiæ compellere possit,& debeat cõuicinos suos seu alterum eorum per quorum vel cuius possessiões comodius iri possit ad prædicta bona,seu prædia,ad petitionẽ ipsius iusto pcio,vel pmutatione,dare ipsam viã secundũ q extimatũ fuerit p duos bonos viros a partibus eligẽdos vnũ vz pro qualibet parte, & i casu discordie,extimatores cõmunis intelligant electi loco tertii,& summarie, de plano,& sine strepitu,& figura iudicii,& omni iuris solemnitate omissa, prædicta fiant,& exequantur.

De squarolis eligendis,& deputandis. Rubrica. XXXVII.

SAncimus quoq;,& statuimus,q singulo anno de mense Decembris , vel alias qñcũq; fuerit expediẽs in gñali cõsilio eligant , & deputent ad scrutiniũ fabarũ albarũ & nigrarũ,duo experti viri,qui præesse debeãt manutentioni stratarum pontium , & viarum publicarum, ne ab aquis inundentur,& qui incumbere,& vigilare debeant,ne aquæ in comitatu,& districtu Fauentiæ nocumentum inferant, ne ve fluminum aquæ alueum solitum exeant,aut aliter detrimentum , aut damnũ faciant in dicto comitatu,& districtu,seu cursum viarum publicarum impediant, & vbicunq; oportunum fuerit tracturos necessarios fieri procurent,ne aquæ,terras,ne mora, vineas ve,aut bona aliq ta inuadant,aut eis damnum inferant & in prædictis omni solertia,& diligentia se exercere teneantur,& vbicũq; fuerit necessarium tene

antur refici, & reparari facere vias publicas, & possint pro prædictorum executione scolarum incolas, dummodo proximiores, adhibere, & eis præcipere, etiã sub pœna dummodo pœna per eos imponenda non excedat solidos viginti bonenorum, quãdo fuerint iussi ductores boũ, si vero operarii solidos decem bonenorum pro singula vice, & pro quolibet iubendo, cuius pœnæ dimidia dictis officialibus applicetur, quam tamen pœnã exigere non valeant sine scientia, & iussu Dominorum Antianorum pro tempore præsidẽtium expræsso, & quorum officium annale esse decernimus, nisi aliter per dictum generale consilium decerni contingerit.

¶ De arboribus nocumentum inferentibus incidendis. Rubrica. XXXVIII.

ITem declaramus, volumus, & ordinamus q quicũq; habet, seu habebit in comitatu, aut districtu Fauentiæ terras aliquas aratorias, seu vineatas habẽtes arbores aliquas iuxta conuicini sui bona, quæ afferant vmbram, & nocumentum bonis ipsius conuicini teneatur quandocunq; ad id requisitus fuerit, seu a iudice monitus aut iussus huiusmodi arbores euellere, & incidere, ne vicino damnum inferatur, & hoc quando tales arbores sint in confinio bonorum conuicini, vel ab eis distẽt minori spacio pedum decem perticæ fossato intermedio nõ existente, eo autem existente spacio pedũ quinq; perticæ, & si quis siluã habuerit in dictis districtu, & comitatu iuxta, & prope aliquã vineã teneatur, & debeat eã incidere, & pœnitus euellere & eã sic tenere p spaciũ dictorũ decẽ pedũ perticæ versus vineam hmõi, & alias arbores etiam pœnitus, & radicitus euellere in cõfinio existentes, nullo temporis cursu, nullaq; præscriptione obstante, & qui requisitus a conuicino id facere distulerit, aut in hoc iudicis mandato non obtemperauerit, & spacio quindecim dierum continuorum sic cessauerit librarum decem bonoñ. pœnæ subiaceat pro qualibet vice sic cessauerit, & inobediens fuerit, & nichilominus ad prædicta iuris remediis omnino compellatur. In riuis vero, & tracturis, & cantrien nõ liceat plantare in aliqua ripa eorũdem a cursu aquæ vsq;, & per totam ripam pendentem, & aliter plantatæ possint ad requisitionem vicini, seu de mãdato Dñorum Antianorum, vel alterius officialis cõmunis Fauentiæ remoueri, eas conuertendo in vsus, & vtilitatẽ cõmunis Fauentiæ pro reficiendis põtibus, & aliis necessariis ipsius cõmunitatis, & in prædictis, & quolibet prædictorum procedi debeat p Dominum Potestatẽ, seu alium iudicem ad id competentẽ sumarie simpliciter sine strepitu & figura iudicii solaq; facti veritate inspecta, & sit præcisum.

¶ De Vindemiis. Rubrica. XXXIX.

QVoniam vbi non est ordo sæpissime solet esse cõfusio. Eapropter statuimus, & ordinamus deinceps nulli personæ ciuitatis Fauentiæ eius comitatus, & districtus, nec etiam forensibus habentibus vineas in territorio Fauentino licere vindemiare aliquam vineam, & vites in agris existẽtes, anteq̃ per consilium generale ciuitatis Fauentiæ fuerit statutus ordo vindemiarum, pœna cuilibet contrafacienti librarum decem bonoñ. cuius pœnæ quarta pars accusatori applicetur. Qui ordo fieri debeat in consilio generali dictæ ciuitatis in festo sancti Bartholomei, seu antea, vel post, pro vt deliberatum fuerit per Magnificos Dominos Antianos, vna cum adiunctis, saluo q si fuerint vineæ rubolæ, q tunc liceat cuicunq; eas libere, & impune vindemiare quãdocunq; post festum assumptionis beatæ virginis. Nulli autẽ personæ liceat vuas portare, vel aportari facere a sua vinea, vel aliena nisi quando vindemiaret, vel vindemiauerit, sine licẽtia Magnificorum Dominorum Antianorum, seu illorum prioris pro tempore præsidẽtium. De qua licentia apparere debeat per appodissam vnius ex cancellariis cõmunis Fauentiæ, qui pro dicta appodissa accipere non valeat nisi denarios quattuor, & non vltra directe, vel indirecte sub pœna librarum quinq; bonoñ. tam dictis contrafacientibus,

q̃ dictis cancellariis. Nulli tamẽ vindemiatori liceat apportare vuas de aliena vinea.
etiam cum appodissa, nisi deferet pro domino vineæ, & nisi repertus fuerit cum do
mino vineæ, vel cum aliquo de eius familia i vinea, vel in itinere. Si quis autẽ alie/
nam vineam vindemiauerit puniatur pœna librarum vigintiquinq; bononorum
applicandorum pro duobus tertiis cõmuni Fauentiæ, pro alia tertia parte inuẽtori,
seu accusatori, nisi fuerit officialis publicus, & nihilominus satisfacere teneatur, &
cogi debeat de facto ad satisfactionem damni, damnum passo secundum æstimatio
nem fieri faciendam per extimatores cõmunis Fauentiæ, seu officiales damnorum
datorum. Si vero quis fuerit inuentus portare vuas sine prædicta appodissa contra
formam præsentis statuti puniatur pœna solidorum quinq; bononorum pro quoli
bet grappo, q̃ si maximam vuarum quantitatem ex aliena vinea attulerit, & nõ sol/
uerit dictam pœnam infra decem dies, fustigetur per ciuitatem. Possit tamẽ quilibet
ex vinea propria, vel aliena de voluntate domini portare tres grappos vuarum im/
pune, & præsumatur de propria vinea, nisi contrarium probetur.

¶ Insuper ordinamus, q̃ omni anno in principio mensis Augusti, Antiani tũc præ
sidentes regimini ciuitatis Fauentiæ, teneantur eligere, & deputare quattuor homi
nes idoneos, & sufficientes super custodia vinearum, vuarum, & fructuum, quorũ/
cunq; possessionum ciuitatis & districtus Fauentiæ. Qui officiales virtute præsentis
statuti potestatem, & baliam omnimodam intelligantur habere in prædictis omni
bus, & singulis expedientibus pro custodia vinearum, vuarum, fructuum, & lignorũ
quorumcunq;, & quarumcunq; possessionũ tam in inquirendo, q̃ in inuestigando,
reperiendo, referendo, denuntiando, & accusando, & describi faciendo eorum ac/
cusationes, & relationes, quorum officium incipiat, & incipere debeat imediate fa/
cta eorum electione prima die qua inceperint ire ad exercendum dictum eorũ offi
cium, teneãturq; omni die ire extra ciuitatem, & districtum præsertim in locis vbi
sunt vineta ad inuestigandum, & perquirendum pro dantibus damnum & quos re
pererint damnum dare, vel in aliquo delinquere, teneantur, & debeant eadem die
inuentionis vel saltẽ sequenti reportare, seu denũtiare notariis deputatis ad discum
regis sub pœna solidorũ. xxv. boñ. p qualibet vice, & nihilominus reportare tenean
tur, & eorũ relatiõibus scriptis p dictos notarios credat̃, si fuerint duo simul, vel plu
res in inuentione, vel secũ habuerit vnũ ex saltuariis, & aliter nõ. Notarii autẽ depu/
tati ad banchũ regis teneant̃ in cõtinenti relationes, & denũtias officialiũ, & saltua/
riorũ describere in eorũ libro, & curare q̃ pœnæ exigant̃ cũ effectu pro portiõe tã/
gente cõi Fauẽtiæ, & q̃ etiã exigat̃ emendatio dãni, & soluat̃ damnũ passo, & dicti
notarii solidos duos boñ. tantũ accipere possint, & valeant pro qualibet libra accu/
sationum, & exactionũ, quas fecerint, & dicti quattuor officiales vt supra electi ha/
bere debeant pro eorum salario libras quattuor bonoñ. pro quolibet eorum singu
lo mense a cõmuni Fauentiæ, si vero non possint inueniri per dictos Dominos An
tianos aliqui volentes exercere tale officium, vel qui non viderentur idonei sibi ad
huiusmodi officium, vel si reperirentur, sed vellent maius salarium, tũc liceat dictis
Dominis Antianis prouidere pro vt eis melius videbitur expedire, & cõstituere, ac
deputare super dicta custodia vinearum & fructuum, dummodo ipsi custodes non
sint pauciores quattuor. Et nihilominus quilibet ipsorum intelligatur habere aucto
ritatem & potestatem inuestigãdi quoscunq; repererint damnum dare dummodo
in inuentione sint duo ad minus, vel si vnus fuerit habeat vnum testem de visu, &
tunc eis, & eorum accusatoribus, & relationibus credatur, & adhibeatur plena fides
& recipiantur, & describantur per notarios regis vt supra, & habeant dicti tales ac/
cusantes dimidiam inuentionum suarum. Decernentes insuper, & statuentes q̃ om
nes habentes canes extra ciuitatem debeant in calendis Augusti illis apponere vnũ
vncinum ad collum canis, ita q̃ vncinus tangat terram, quum canis progreditur,
illumq; habere, & portare continue debeat vsq; quo vindemiæ fuerint completæ,
sub pœna solidorum quinq; pro quolibet & qualibet vice, qua canis repertus fuerit
absq; vncino.

LIBER SEXTVS STATVTORVM FAVENTIAE.

¶De æstimis, & eorum officialibus. Rubrica. Prima.

S Tatuimus, & ordinamus, ad laudē oīpotētis Dei, & almæ
virginis Mariæ, q̄ oēs, & singuli habitātes i ciuitate, & co
mitatu Faueñ. teneanť describi facere caput æstimi i paro
chia seu scola i q̃ habitāt p notarios ad id deputatos, & ibi
scribi, & ānotari oino curare, & facere oia bona imobilia
q̃ tenēt, & possidēt in comitatu Faueñ. quouis mō iure, vł
ꝑtitulo, ponēdo, & poni faciēdo hmōdi bonoꝝ cōfines, &
sitū, & ibi onera q̄cūq; subire. Et teneantur capellani paro
chialiū ecclesiaꝝ, & capitularii scolaꝝ dictæ ciuitatis, co
mitatus, & districtus, denūtiare oēs, & singulos ꝑdicta nō
obseruātes officialibus æstimoꝝ hmōi sub poena lib. iii. boñ. ꝑ quolibet, & q̃libet vł
ce, q̃ ꝯtrafactū fuerit. Et qñcūq; fuerit sancitū, & deliberatū in gñali ꝯsilio dictæ ciui
tatis, mēsurari debeāt p agrimēsores eligēdos, & p alios officiales ad id i dicto ꝯsilio
destinādos, oīa & singula bona imobilia comitatus, & districtus Faueñ. cū qbus ēt
accedere debeāt duo notarii eligēdi ad dictā mēsurationē faciēdā, & ēt in dicta mē
suratione vocari, & adesse debeāt capitularii, & q̃ttuor idonei, & expti viri illius sco
læ in qua talis mēsuratio fieri ꝯtinget, cū qbus possint diligēter indagari de ꝑcio bo
noꝝ mēsurādoꝝ, & de eoꝝ finibus & fundis, & q officiales ēt possint capitulariis, &
hoībus qbuscūq; ēt sub poena ꝑcipere, & poenas hmōi exigere, & ꝑ veritate hñda iu
ramētū eis defere qñcūq; oportunū eis esse videbiť, & ita quālibet petiā terræ apre
ciare debeāt, & teneanť talē valorē p notarios ꝑdictos describi facere, in q̃ rō mēsu
ratiōe, & apreciatione nō debeat hēri rō aliq̃ fossatoꝝ terraꝝ, & bonoꝝ ꝑdictoꝝ, &
q̃ mēsurari, seu eis ꝑcium imponi, aut eoꝝ descriptio fieri minime volumus, domus
ædt, areæ, & viridaria, q̄, & q̄ qs hēat, & teneat ꝑ suo vsu, aut eius colonoꝝ minime
mēsurari, aut apreciari debeāt, nisi tale viridariū pticas qnq; terræ excedat, & qlibet
etiā forēsis habitās, & possidēs imobilia describi debeat in libro æstimoꝝ, nec possit
aliqs cuiuscuis gnis etiā forēsis habitās in ciuitate, seu comitatu Fauētiæ æstimari i mi
nori quātitate solidoꝝ. xx. & qñcūq; dictis officialibus videbiť oportunū, teneanť
qlibet capellani, & scolaꝝ capitularii denūtiare oēs habitātes in eoꝝ capellis, & sco
lis, q nō habeāt eoꝝ æstimū descriptū, etiā sub poena imponēda eis p dictos officia
les seu alios iusdicētes in ciuitate Fauētiæ. Et qñcūq; cōtingerit aliquos in cōmunio
ne aliqua comorātes ad diuisionē bonoꝝ cōium deuenire, vel seorsum habitare te
neanť infra mēsem a die eoꝝ diuisiōis, seu a die quo seorsum habitare ceperint sibi
describi facere caput æstimi seperatim cū oibus bonis sibi obuētis in dicta diuisione
vel seperatim q̃sitis sub poena libraꝝ. v. boñ. Et nihilominus oino ad hæc cōpellanť
iuris remediis oportunis, nā quēlibet habitātē in ciuitate, comitatu, aut districtu Fa
uentiæ caput æstimi hēre sancimus, nisi in casibus, & ꝑsonis ex forma statutoꝝ no
stroꝝ exceptis. Molēdina quoq; q̃ qs hēt, & possidet in ciuitate Fauentiæ, aut extra
oino æstimenť, & describi debeāt ad æstimū illius, q ea possidet, nulla cōtradictiōe
obstāte. Nec aliqs ciuis, aut districtualis Faueñ. vel ēt forēsis hēns æstimū i cōi Fauē.
audeat vel ꝑsumat facere ad eius æstimū ascribi, seu ascripta tenere bona alterius, seu
ab alio possessa, sub poena lib. v. boñ. & si descripta sint ea delere ex suo æstimo oino
& ad æstimū ea tenētis & possidētis describi facere oino ꝯpellanť & teneanť sub ea
dēmet poena, nisi alia bona essent alienata in aliū quōlibet exēptū de iure, vel ex for
ma statutoꝝ Fauētiæ, quo casu talis alienās ea sic cōscripta ad eius extimū tenere de
beat, & pro eis onera q̄cunq; subire tali alienatione non obstante.

¶De officialibus, & notariis singulo anno ad extima eligendis, & de eorum offi
cio, & salario. Rubrica. II.

SAncimus etiã, & firmamus, q singulo anno de mẽse Decẽbris, vel alio tẽpore, pro vt oportunũ fuerit, eligant p Magnificos Dños Antianos ciuitatis pdictæ p tẽpore psidẽtes, duo suprstites, & calculatores æstimorũ, & duo boni expti & legales tabelliones ætatis annorũ saltẽ triginta sup cura dictorũ æstimorũ, quorũ officiũ annale eẽ decernimus, q possint, & valeãt bona q̃cũq; ad æstimũ descripta appreciare si opus erit, & cũ eadẽ æstimatiõe de æstimo vnius cãcellare, & ad extimũ alterius, ad quẽ spectẽt iustis titulis, & de causis, ponere, & scribere, q̃ tñ positio, & scriptura fiat, & fieri debeat p dictos notarios tñ, cũ cõsilio, & mãdato dictorũ suprstitũ, seu alterius eorũ. Et quotiẽscũq; cõtingerit fieri caput æstimi teneant, & debeãt dicti notarii illud scribere, & ponere in illa capella seu scola i qua ille talis habitat, & moram trahit, & seu vbi ex forma statutorũ Fauẽtiæ scribi debet, describendo eius nomẽ, pnomẽ, & cognomẽ, & annũ, mẽsem, & diẽ qbus tale caput æstimi fiet, & fieri cõtingerit. Nõ possit tñ æstimũ alicuius cãcellari de vna capella, vel scola, & poni in alia sine ascensu dominorũ suprstitũ, & nisi exprimat legiptima causa, & annus, mensis, & dies qbus pdicta fiant. Et si ɔtingerit aliquẽ velle æstimũ eius in aliqua scola comitatus Fauẽtiæ descriptũ exinde cãcellari, & i aliquã ex parochiis, capellis nũcupatis, ciuitatis Fauẽtiæ describi, etiã si in capella habitaret, nisi cõtinue in ipsa ciuitate habitauerit p annos decem, & vltra ɔtinuos cũ tota familia sua, bouũ, & omni rurali exercitio pœnitus dimisso, & nisi accedẽte expresso assensu gñalis ɔsilii legittime obtẽto, fieri nõ possit, & si secus fieri ɔtingerit, teneant notarii, & suprstites æstimorũ postq̃ eis innotescerit dictũ æstimũ de capella delere, illudq; rescribere in scola, in qua talis plus exercitii, & psonarũ cõuersatiõis, & rescidẽtiæ hẽret pœna libr. x. boñ. incurrẽda p talẽ sic describentẽ p qualibet vice, qua fuerit ɔtrafactũ. Si autẽ cõtingerit aliquã petiã terræ cãcellari de æstimo vnius, & poni ad æstimũ alterius, id fiat de mãdato vnius saltẽ ex dictis suprstitibus, & in ipsa cãcellatione apponere debeant dicti notarii, seu alter eorũ, qui id fecerit, annũ, mensem, & diẽ, & cãm dictæ cancellatiõis, & ad cuius æstimũ eã descripsit, & posuit, & de cuius mãdato, describẽdo etiã ipsius notarii describẽtis nomẽ, & cognomẽ in qualibet scriptura faciẽda de, & sup additione, mutatiõe, cãcellatiõe, aut positiõe alicuius æstimi, aut eius partis, seu alicuius particularis petiæ terræ. Ponẽdo etiã in fine descriptionis ipsius petiæ terræ quã descripsit ad æstimũ alicuius ex cuius æstimo eã extraxit. Nec notarii hmõi possint, aut valeãt de æstimis aliqd cãcellare, mutare, vel detrahere, nisi de licẽtia dictorũ suprstitũ. Nec ipsi suprstites possint aliquid delere ppria manu, sed solũ p manus dictorũ notariorũ electorũ, seu alterius eorũ, & si in pdictis, seu aliquo pdictorũ ɔtrafactũ extiterit talis ɔtrafaciẽs pœnæ libr. v. boñ. subiaceat, p quolibet eorũ, & qualibet vice qua fuerit cõtrafactũ oĩno exigẽda, & nihilominus errorẽ a se comissum emẽdare teneat, cuius pœnæ dimidia accusatori det. Quorũ officialiũ merces sit, & eã esse decernimus denariorũ sex p q̃libet petia terræ ad æstimũ descripta, & nõ vltra & totidẽ p eius cãcellatura. Pro delẽdo vero in totũ caput æstimi in casibus i qbus cãcellari possit, solui debeãt solũ solidi. vi. boñ. & solidi tres boñ. a quocunq; cui de nouo æstimũ, & eius caput describet. Et q eius æstimũ mutat de vna parochia seu capella, & ad aliã, vel de vna scola i aliã soluere debeat, & teneat denarios tres p singula petia terræ describẽda, & p capite dicti æstimi sol. ii. boñ. & nõ vltra, q̃ salaria eq̃liter diuidant iter dictos suprstites, & notarios, eorũ tñ officiũ diligenter exercentes.

De æstimis infantium, & impuberum. Rubrica. III.

SI cõtingerit ifantes, aut ipuberes aliquos post mortẽ eorũ patris, aut alterius eorũ ascẽdentis superesse cũ æstimo librarũ. xv. infra, & nõ vltra, q etiã nõ habitẽt in eadẽ domo, & familia cũ eorũ tutore, aut attinẽte aliquo, tunc caput æstimi hmõi ifantiũ & ipuberũ, seu dictorũ eorũ pris, & ascẽdẽtis defũcti, poni, & scribi possit ac debeat ad æstimũ talis tutoris, seu cõiuncti, & attinentis prædicti, cancellando, & delendo dictorũ infantiũ, & impuberũ, seu dicti eorũ patris, & ascendẽtis caput æsti-

mi. Quod tamẽ æſtimi caput (eis puberibus factis) ad eorũ æſtimũ reſcribi, & poni debeat. Et ad hæc cogi poſſint iuris remediis tam ipſi facti puberes q̃ etiam illi ad quorum æſtimum, dum ſic infantes, & impuberes erant, dictũ eorũ caput aſcriptũ fuit. Et p̃dicta etiam vẽdicent locum, & obſeruent in æſtimis furioſoꝝ & demẽtiũ.

De mendicantibus, & miſerabilibus perſonis nõ æſtimãdis. Rubrica. IIII.

SAncimus quoq;, & decernimus miſerabiles pſonas, & maxime mulieres viduas nõ habẽtes in domo filios, aut deſcendẽtes maſculos maiores ætatis annorum decẽ, & octo, qui & quæ immobilia bona nõ habeant vltra domũ propriæ habitationis, nõ teneri, nec cõpelli poſſint ad ſolutionẽ colectaꝝ aliquaꝝ, quæ imponerent p æſtimo, & fumãte. Nec etiã ad aliq̃s colectas capellaꝝ, aut ſcolaꝝ, nec ad onera realia, vel pſonalia cogi poſſint, aut cõpelli mõ aliquo, ſub poena lib. iii. boñ. p quolibet cõtrafaciẽte & incurrẽda quotiẽſcũq;, & q̃ncũq; extiterit cõtrafactũ, & ſi æſtimati forẽt poſſint p notarios deputatos deleri habita plena fide de prædictis.

De pmutãtibus cũ eccl̃iis, ſeu cũ eccl̃iaſticis pſonis bõa, i æſtimis deſcripta. Ru. V.

VT fraudibus obuiet, ordinamus q quicũq; habẽs aliqua bona q̃ pmutare voluerit cũ eccleſia, ſeu eccleſiaſticis pſonis nõ audiat volẽs bõa ſua de æſtimo cõis delere, niſi prius curauerit vt bona q̃ ſibi in pmutatiõe danẽ ab eccleſiaſticis pſonis in æſtimo cõis Faueñ. deſcribanẽ, & qcũq; ꝯtrafecerit in pœnã libr. xxv. boñ ipſo iure incurrat, & notarius q cãcellauerit, dicta forma nõ ſeruata, eadẽ pœna plectaẽ, & officio priuatus perpetuo exiſtat. Idẽ obſeruari volumus ſi res recepta in permutatione ab eccleſiaſticis nõ aſcenderet ad tantam æſtimationem, quãta erat res data eccleſiaſticis, niſi ſuppleatur, ita q æſtimum cõmunis non minuatur.

De nõ alienãdo bona aliqua æſtimata in æſtimis cõis Fauẽtiæ alicui iuriſdictioni Fauentiæ nõ ſuppoſito ſine licentia conſilii generalis. Rubrica. VI.

NE æſtimũ cõis Fauẽtiæ ita minuaẽ vt oneribus publicis in futurũ ſuccurrere nõ valeamus, ſtatuimus, & ordinamus q de cætero nullus cuiuſcũq; ꝯditionis exiſtat etiã forẽſis audeat bona aliq̃ in æſtimo cõis Fauẽtiæ deſcripta quocũq; titulo inter viuos alienare in aliquẽ iuriſdictiõi cõis Fauẽtiæ nõ ſuppoſitũ ſine cõſilii generalis eiuſdẽ ciuitatis aſcenſu, ſeu expreſſa licẽtia p̃cedẽte ipſum cõtractũ, alias cõtractus ſit ipſo iure nullus, & pœna libraꝝ quinquaginta boñ. ac etiã ſimili pœna puniaẽ notarius q de tali ꝯtractu fuerit rogatus abſq; dicta licentia. Et notarii æſtimorũ, ſeu aliq̃s eorũ nõ poſſit delere dicta bona de æſtimo alicuius alienãtis niſi prius fuerint ꝯſcripta ad æſtimũ acquirẽtis, & ſuppoſiti iuriſdictioni cõis Faueñ. ſeu habẽtis dictã licẽtiã, & ſi ſecus fieri ꝯtingat, alienãs nihilominus colectas dictoꝝ bonoꝝ ſoluer ꝯpellaẽ, & dicta bõa ppetuo remaneãt obligata dicto cõi p ſolutiõe quorũcũq; oneꝝ, & dictoꝝ bõoꝝ laboratores cogi poſſint ad colectaꝝ alioꝝq; oneꝝ ſolutiõẽ.

De colectis imponendis per cõmune Fauentiæ. Rubrica. VII.

QVotieſcũq; ꝯtigerit aliq̃ de cã p cõe Fauẽ. iponi aliq̃ colectã gñalẽ, iponi nõ poſſit, niſi prius obtẽta fuerit p cõſiliũ gñale dictæ ciuitatis legittime ꝯgregatũ p maiorẽ partẽ fabaꝝ ſuffragãtiũ, & aliter poſita nullius ſit momẽti, nec exigi poſſit, nec aliq̃s ad eã ſoluẽdã cogi valeat. Quæ colecta iponi debeat ſpecifice videlicet tantũ pro fumãte, & tantũ pro libra æſtimi pro vt dicto conſilio generali videbiẽ, & oẽs tã habitãtes in ciuitate q̃ in territorio cuiuſcũq; gradus, ſeu ꝯditionis exiſtãt habẽtes caput æſtimi, fumãtes habere intelligant, & ipſam colectã ſic vt ſupra legittime, poſitam cõmuni Fauẽtiæ ſoluere teneantur. Vbi vero aliqua

colecta foret imponēda p, & inter hoies capellaꝝ ciuitatis, seu scolaꝝ comitatus vel districtus Faueñ. talis colecta imponi debeat p duabus partibus æstimo, & p alia tertia parte fumātibus. Et fumās in ea capella, seu scola esse intelligat, vbi seu in qua tūc qs habitat, & ad ipsam colectā imponēdā singuli de capella seu scolæ p capellanos, seu capitularios saltē ad domū reqri debeāt vt in eaꝝ ecclesiis cōgregent, seu alio in loco ad id idoneo, & ipsa colecta imponi debeat p dictos sic vt supra cōgregatos de cōsensu eorūdē, vel saltē maioris partis eorū, q ꝯgregati sint, & esse debeāt ad minus sex de dictis capellis, seu scolis p hmōi colecta iponēda. Statuētes itē ꝙ nullus capellanus, seu capitularius exigere possit, & valeat aliquā colectā, vt supra legitime imposità per, & iter hoies alicuius capellæ, seu scolæ, nisi primo approbata fuerit colecta hmōi p Dños Antianos ciuitatis Faueñ p tēpore p̃sidentes, ac etiā subscripta manu vnius ex scribis dictæ cōitatis, & eius sigillo ꝯsueto signata, seu p aliū officialē specialiter p cōmune Faueñ. ad id deputatū, & exigēs (approbatione p̃dicta nō facta) p quolibet, & qualibet vice pœnā libraꝝ quinq; boñ. incurrat, & duplū eius quod receperit ei a quo p̃dictā colectā nō approbatā exegerit restituere ꝯpellat, & eadē pœna plectat miles Dñi Potestatis, seu alius qlibet executor ciuitatis, seu districtus Fauētiæ, q dictā colectā, vt supra nō approbatā, exegerint, vel p tali exactiōe grauauerit & in coꝝ sindicatu de hoc sindicari debeāt. Teneant insup oēs, & singuli p̃dicti capellani & capitulari imposita, & approbata, vt supra, dicta colecta, singulos dictarū scolaꝝ, & capellaꝝ interpellare saltē semel vt collectā p̃dictā, seu aliud onus subire, ac soluere debeāt anteq̃ ipsos grauare faciant p aliquē executorē, alias autē grauari faciēdo eos nō facta dicta interpellatiōe puniant pro qualibet vice, & quolibet grauato in solidis viginti bonoñ. & credat iuramēto talis sic grauati, & nō iterpellati. Factis autē hmōi interpellatione nō soluētes grauari possint realiter, & personaliter p dictos milites, & executores, ad quod ipsi miles, & executores teneant sub pœna librarū quinq; bonoñ. si requisiti a dictis capellanis, & capitulariis, seu agentibus pro cōitate p colectis impositis non grauauerint. Nullus insup ciuis, comitatinus, seu districtualis teneat ad solutionē alicuius colectæ imponendæ p dictō cōe, seu p capellas, & scolas eiusdē occasione aliquorū bonoꝝ possessorū p p̃dictos extra territoriū & iurisdictionē dictæ ciuitatis, nec p̃dicta teneant facere describi in æstimo cōis Faueñ. & si de factō aliq̃ bona ex p̃dictis ad dictū æstimū essent descripta vigore p̃ntis statuti declaramus ea fore cancellanda, & pro non scriptis habeant ac censeant.

¶ De colectis forensium soluendis. Rubrica. VIII.

Quia sæpe cōtingit cōmune Faueñ. defraudari in colectis hoium forensiū statuimus, & ordinamus, ꝙ oēs, & singuli habētes p̃dia, seu possessiones in comitatu, & districtu Faueñ. teneant soluere debitas colectas cōmuni Faueñ. & ipsis forēsibus nō soluētibus, coꝝ coloni, seu laboratores teneant colectas debitas p dictos forēses soluere, & ad id grauari possint p agētes dicti cōis. Valeāt tñ dicti coloni, seu laboratores, ipsis forēsibus nō soluētibus, colectas hmōi, vendere de fructibus ad ipsos forenses spectātibus dictoꝝ bonoꝝ taliū forēsiū vsq; ad quantitatē colectæ p eos debitæ. Si aūt nullus adsit colonus, seu laborator, q p̃dia forēsiū colat, & in alieno habitet territorio, tūc & eo casu capitularius scolæ in qua sita sunt talia bona teneat accipere de fructibus dictorū bonorū, & fructibus nō existētibus incidere teneat, & debeat de arboribus ipsoꝝ bonoꝝ vsq; ad summā colectarū. Statuētes etiā & ordinātes ꝙ ecdē colectæ, & onera in oibus & p oia imponant p cōe Fauē. seu eius agētes forēsibus hñtibus p̃dia, seu possessiōes i comitatu, & districtu Fauē. p ut, & sicut ipositæ, seu iposita fuerint qūocūq; ciuibus, seu comitatinis, & districtualibus ciuitatis Faueñ. hñtibus possessiones, seu prædia in alieno territorio per cōe seu eius officiales loco vbi sita essent p̃dia huiusmodi. Ad quas, seu ad quæ (vt supra) grauari possint, & cogi coloni (non soluentibus dominis) & ipsis colonis nō soluentibus capitulari vt supra. Teneantur insuper capellani capellarum & capitu-

larii scolarum ciuitatis comitatus & districtus Fauentiæ deputati super exactionibus colectarum manifestare officialibus cõmunis Fauẽtiæ bona nõ soluentiũ collectas.

¶ Q̃d nullus soluere teneat collectam p alio, nisi modis infrascriptis. Rubrica. IX.

ITem statuimus, & ordinamus q̃ nullus in ciuitate, comitatu, & districtu Fauentiæ teneatur, nec cogi possit per aliquem officialem ciuitatis, & districtus pdicti ad solutionem alicuius colectæ, nisi tantummodo pro bonis ad eius æstimum descriptis. Hoc tamen non habere locum decernimus in colonis, seu laboratoribus forensium & in scolarum capitularis, qui soluere colectas pro forensibus teneantur pro vt in proximo præcedenti statuto ordinatum est. Statuentes etiam q̃ quilibet qui in domo alterius inhabitauerit, cui imposita sit aliqua colecta, seu onus, tam reale q̃ personale, teneat (dño domus nõ soluẽte) colectã, seu onus impositũ subire p dño vsq ad quãtitatẽ pẽsionis dictæ domus p eũ debitæ, & nõ vltra, quã solutionẽ (vt supra) factam antedictus dominus ratam habere teneatur, & compellatur.

¶ Cui, & quãdo, quis emere, vel vendere cogatur. Rubrica. X.

STatuimus, & ordinamus, q̃ quicũq iure proprio, liuellario, emphiteoticario, aut alio quouis titulo habuerit petiam terræ tornaturarum vnius, vel infra, per iusdicentẽ cogatur iusto præcio, per duos ex vicinis declarando vendere alteri conuicino habenti petiam terræ tornaturarum duodecim, vel vltra a duobus lateribus ad minus sibi contiguã. Et similiter habẽs dictas tornaturas duodecim, vel vltra instante eo qui vnam tantum tornaturam vel minus habuerit emere cogatur. Excipimus tamen vnam tantum tornaturam vel minus habentem pro residio & ppria habitatione, seu pro vsu viæ, quibus casibus inuitus ad venditionem non cogatur. Sed vendere volens (vt supra) vicinum prius requirere, ac eidem potius q̃ alteri cuicunq iusto præcio vendere cogatur. Quod & seruari volumus in quolibet rem quamcũq cõmunem cũ altero habente, & vendere volente, & alienatio (nõ præmissa tali requisitione) volente conuicino, vel consorte sit ipso iure nulla, & facto præcii soluti deposito, & cautione indemnitatis emptori exposita, vbi integra pcii solutio nõ interuenerit, talis res vendita a quouis emptore, & nouo possessore infra sex menses a die scientiæ computandos recuperari possit, & valeat per ipsum conuicinum, vel consortem eodemmet pcio, & terminis, quibus empta fuerit per nõ vicinum aut consortem. Et pluribus conuicinis, vel consortibus cõcurrentibus, is pferatur, qui maiorem rei cõmunis partem, maiorem ve iugerum numerum habuerit. Pari autem in causa, prior in tempore, potior in iure habeatur.

¶ De forẽsibus, q ad habitãdũ in ciuitate, vel territorio Fauẽ. venerint. Rubr. XI.

FOrenses, q in ciuitate, vel territorio Fauẽtiæ ad habitãdũ venerint, oia & q̃cũq onera patiant, & substineãt q̃ ciues originarii ciuitatis vel territorii Fauẽtiæ pati, & substinere cõtigerit, & si immobilia acquisierint infra mensem ad extimũ forẽsiũ describi facere teneantur. Et ad æstimũ ciuiũ describi nõ possint, nec vllo ciuiũ priuilegio, immunitate, exemptione, vel gratia potiant, nisi p ɔsiliũ generale ciues effecti, & ciuiũ numero solẽniter aggregati fuerint, vel nisi p annos quindecim cõtinuos cũ familia in ciuitate habitauerint, ac cõmuni colectas itegre debitis tẽporibus tãto tẽpore psoluerint. Qui vero de factiõe, vel partialitate aliqua fuerint, nullo tẽporis cursu, nec etiã ɔsilii generalis cõcessione, nisi cõsiliariorũ oium, nemine reluctãte, ɔcurrerint suffragia, ciuilitatis priuilegia cõsequant. Sed semp in oibus, & p oia p forensibus habeant, & sint, declarantes stari debere iudicio & declarationi cõsilii generalis tñ, q sint aut fuerint de factione vel partialitate aliqua, & sit præcisum, & omnibus aliis statutis derogatorium.

LIBER SEPTIMVS STATVTORVM FAVENTIAE.

¶ De oblationibus. Rubrica. prima.

c

Vm semper diuinus cultus habitus fuerit in honore apud maiores nostros. Volentes (vt tenemur) in hoc eorum vestigia sequi, vt diuino comitante auxilio, sanctorumq; suorum suffragiis hæc nostra ciuitas pacifice, quiete, ac iuste regatur, ac gubernet. Statuimus, ordinamusq;, ac hoc in perpetuum præsenti permansuro statuto inuiolabili decernimus, q singulis annis fiant per Dominos Antianos, & consilium generale eiusdem ciuitatis vna cũ collegiis artium ciuitatis, infrascriptæ oblationes, v3 die gloriose Assumptionis virginis ad ecclesiam. s. Mariæ ab Angelo oblatio expensis cõmunitatis vnius cerei magni præcii librarum quinq; bonoñ. p dictos Dños Antianos, ciues, & cõsilium. Et similiter per quẽlibet ordinẽ, & cõsules & massarium ordinum artium offeratur alius cereus eiusdem præcii de mane in die festi prædicti, pœna cuilibet ordini librarum decem bonoñ. si defecerit a dicta oblatione solemni fienda in debita hora oblationis pdictæ cõmuni Fauẽtiæ applicãda; ad quã soluendã compellantur consules, & massarii artiũ, & nihilominus ad cereũ tradendũ ipsi ecclesiæ cogantur effectualiter p Dñm Potestatẽ Fauentiæ de facto.

¶ Alia insuper similis oblatio fiat, & fieri debeat cathedrali ecclesiæ sanctorũ Apostolorũ Petri & Pauli in die eorum solemnitatis de mane ad ipsam ecclesiam offerẽda, & aportanda, & puniantur, & cogantur, vt supra, consules, & massarii artiũ collegiorum habentium matriculas artis approbatas a cõmunitate Fauentiæ, vt supra.

¶ Insuper etiam statuimus, & ordinamus q in quolibet die dictarũ festiuitatũ de introitibus gabellarum cõmunitatis Fauentiæ fieri possit vnũ brauium per officium Dñorum Antianorũ præcii non excedentis librarũ. xxv. boñ. pro quolibet brauio, quod debeat, & seu quæ debeant decurri per equos, & cursores, non tamen equas, & barbaros, & q omnes currere debentes in die festi post vesperas, & post tertium sonum campanellæ turris cõmunis pulsandæ ad currẽdum sint parati eundo ad locum ordinatum, vbi cursus deputabitur per Dominos Antianos, & ad ipsum locũ ordinentur per militem Domini Potestatis cui in hoc parere debeant, vel si discordarent, loca sorte deputentur, & dato signo ad cursum currere debeãt, & primo cursori venienti ad brauium assignetur, & detur brauium.

¶ Item fiat alia oblatio per Dominos Antianos & generale consilium & artium ordines, & cõsules ipsarum artium omnium in die incarnationis Domini Nostri Iesu Christi, & seu Annũtiationis gloriosissimæ eius genetricis Mariæ ad ecclesiam sanctæ Mariæ Seruorum honorifice cum cereis, & dupleriis valoris pro quolibet ordine artium solidorum decem & octo bonoñ.

¶ Item & alia etiam fiat oblatio ecclesiæ cathedrali in die sancti Martini similis valoris solidorum decem & octo pro cõmunitate, & quolibet ordine, & collegio artium etiam eiusdem præcii.

¶ Item fiant aliæ infrascriptæ oblationes cum cereis solidorum quinq; bonoñ. pro qualibet oblatione, & quolibet ordine in festis infrascriptis, & ad eorum ecclesias infrascriptas, v3 in festo sancti Sebastiani ad eius ecclesiam, & ad ecclesiam sancti Ioannis Euangelistæ, die lunæ Penthecostes ad honorem sanctissime matris Mariæ de misericordia, & ad ecclesiam sancti Terentii in die eius festiuitatis, quæ oblationes præcii solidorum. xviii. & solidorum quinq; fieri, & celebrari debeant in mane diei festi quando celebratur missa maior in dictis ecclesiis.

¶ Statuimus item, & ordinamus q singulo anno eligatur & deputetur ĩ principio anni vnus capellanus per Dominos Antianos pro tempore existentes, & Dominos Adiunctos per eos cõuocandos ad deseruiẽdũ in diuinis & maxime missas celebrã-

dú ad altare .s. Martini cathedralis ecclesie iuxta ritū dictæ ecclesiæ, cū salario libra. septē cū dimidio boñ. quolibet āno soluēdarū de itroitibus gabellaꝝ dictæ ciuitatis.

¶ De festiuis diebus colendis. Rubrica. II.

VT debitus honor festiuis diebus in honorem Dñi adhibeatur, statuimus & ordinamus, ꝙ nulli mercatori, seu artifici cuiuscūq; artis liceat aliquā apothecā apertā tenere, seu eius artē exercere aliquibus diebus festiuis in honorē Dñi, ac illius beatissimæ genitricis, & aliorū sanctorū, ac etiā die veneris Sancti, qui tamē dies sint de ꝑcepto sanctæ matris ecclesiæ, & soliti festari sub pœna solidorum decē bonoñ. pro quolibet & qualibet vice qua cōtrafactū fuerit, liceat tñ dictis mercatoribus seu artificibus die Sabbati, si aliqua ex dictis festiuitatibus in ea euenerit, dictas eorum apothecas semiapertas impune tenere, ac ipsorum merces vendere. Possint item tonsores dictis festiuis diebus, medendi causa, seu alterius cuiuscūq; necessitatis gratia eorū artē exercere clausa parte ipsorū apothece Aromatarii quoque valeant ac possint hostiū, seu hostia eorū apothecarum ipsis diebus festiuis aperta tenere, ac medicinalia, & alia quæcūq; ad eorū art ꝑtinentia vendere, ꝙ si cōtingeris ꝓ mortuis sepeliendis mercatores pannō, & alia ad id necessaria vendere possint impune dictā eorū apothecā dictis diebus festiuis pro dictis necessitatibus aperire, & vendere vt supra. Lanii vero, seu becharii, aut carnatoli possint, ac valeāt quibuscūq; diebus etiā festiuis eorū bestias occidere, exceptis tamē primis diebus paschalibus, & dominicis. Paschales autem dies primi intelligantur, Natiuitas Domini, Epiphania, Resurrectio, Penthecostes, Assumptio gloriosæ virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum festiuitas. Carnes autem vendere queant omnibus diebus etiam festiuis, exceptis dictis primis diebus paschalibus. Liceat tamē a Calendis mensis Maii, vsq; ad Calēdas mensis octobris inclusiue macellatoribus animalia quæcunq; mactare omnibus diebus etiam Dominicis, vt recentiores carnes habeātur in dicto tempore, & hoc propter immensum calorem. Possint item deferentes vuas tempore vindemiarum, ac etiam aquas pro dictis vindemiis, & vinis faciendis eas impune deferre quocūq; genere curruum, & bestiarum omnibus diebus festiuis durāte vt supra, toto tempore vindemiarum, sicq; permittatur impune dictis diebus festiuis quoscūq; fructus deferre quandocūq; imminetet periculum aliquod, seu probabilis suspitio eorum amissionis, seu deteriorationis, & hoc locum habeat tam in ciuitate ꝗ extra.

¶ De matriculis artium approbandis. Rubrica. III.

STatuimus, & ordinamus, cuiuslibet artis ordinem, & matriculam solum per cōsilium generale ciuitatis Fauentiæ approbari posse, ipsarumq; artium consules massarii, & ministri, seu officiales quicunq; approbationes, vt præfertur, obtentas obseruare teneantur, nec quicquam de nouo statuere, ordinare, aut obseruare, sine expresso dicti Generalis consilii consensu, & decreto, sub pœna librarum vigintiquinq; bonoñ. & nihilominus talia eorum statuta, ordinationes, vel obseruantie nullius sint roboris, vel momenti, nec vlla valeant præscriptione, vllo ve temporis cursu validari.

¶ De artificū legalitate, & de monopoliorū prohibitione. Rubrica. IIII.

STatuimus quoq;, & firmamus ꝙ artifices ciuitatis, & districtus Fauentiæ teneantur nauare omnem operam & diligentiam in eorum exercitiis operandis, ita ꝙ in eis exercendis non committant fraudem, aut falsitatem aliquam, sed ea gerendo, & exercendo legaliter, & si contrafactum fuerit pœnam librarum decem bononorum pro qualibet vice incurrant, & communi Fauentiæ applicañ. vltra alias pœnas statutorum, nec audeant monopolium, aut cōuenticulam aliquā

prohibitam facere sub poena librarum vigintiquinq; bononorũ pro qualibet vice incurrenda, vltra alias poenas de iure, vel ex forma statutorum Fauentiæ impositas & intelligatur illicita conuentio, seu conuenticula quandocũq; cederet in præiuditium cõmunis Fauentiæ, seu singularium personarum dictæ ciuitatis, & in prædictis procedatur, & procedi possit per Dominũ Potestatem & alios iusdicentes summarie simpliciter, sine strepitu figura iudicii, ac sola facti veritate inspecta, & prout magis expedire eis videbitur.

¶ De præceptoribus grammatices cõducendis, & de libertate eis, & aliis præceptoribus concessa in corrigendis discipulis. Rubrica. V.

VT ciuitas viris doctis repleatur, & virtutibus abũdet, statuimus, & ordinamus q̃ singulo anno de mẽse Decembris in die sancti Thomæ, seu alio die prout videbitur ipsis Dominis Antianis tunc residentibus fiat consilium generale in quo liceat conducere vnum aut duos grammatices præceptores eũ eo stipẽdio quod Dñis ipsis Antianis, & consilio videbit expedire, qui præceptores sic cõducti sint moribus, & scientia præd.ti teneanturq; passim omnes scholares admittere in eorum litterariis ludis, ac omnes equa lance docere nilq; ab originariis ciuibus, nisi a sponte dare volentibus, exigere valeant. Possintq; eorum discipulos impune moderate tamẽ, corrigere, ac verberare, nec de talibus castigationibus, seu verberibus possit potestas, seu alius iusdicens cognoscere, & modo aliquo dictos præceptores punire, seu contra eos inquirere. Idem decernimus obseruari in quibuscunq; aliis magistris docentibus aliquos pueros aliquam artẽ in ciuitate Fauentiæ approbatã, vt liceat eis, vt supra, impune ipsos pueros moderate tamen verberibus afficere.

¶ De mercatoribus artis lanæ. Rubrica. VI.

QVoniam nullum est in vrbe exercitium quo magis ditetur, q̃ artis lanæ, quæ cuiuscũq; qualitatis homines substinet, atq; fouet. Eapropter studio incumbendum esse censemus, vt ars ista augeatur, & conseruetur. Igitur imprimis ordinem, matriculam, ac omnia eorum ordinamẽta approbamus, & obseruari mandamus. Volumus tamen q̃ singulo anno in consilio generali ciuitatis Fau tiæ eligãtur saltẽ duo viri probi qui sint experti in exercitio artis lanæ, tẽpore electionis dictã artẽ nõ exercentes, qui habeant facultatẽ appreciandi pãnos secũdũ qualitatem ipsorum prout, & sicut in eorum præcibus, & capitulis conuenerunt & promiserunt. Mandantes omnibus mercatoribus, vt dictis viris electis eorum pãnos exhibere teneãtur ad omnem eorum requisitionem, sub poena librarũ quinq; boñ. pro qualibet vice, qua cõtradixerint, seu exhibere denegauerint aut estimationem non obseruauerint vendendo pannum plusquam fuerit per eos apreciatũ. Habeant etiam prædicti electi curam ne Mercatores fraudent pannos, & ne immisceãt in eis pilos, seu borrã, & cõtrafacientes poena libr. vigintiquinq; puniãtur, quarũ dimidia applicetur dictis electis, quarta pars rectori eam exigenti, altera quarta pars cõmuni. Insuper expresse prohibemus quibuscunq; etiam officialibus sancti Montis ne lanã aut telas laneas in pignus accipiant a quocunq; textore, seu laborante, siue forense, siue terrigena, & hoc ne Mercatores eis defraudẽtur, & si secus factum fuerit eas veris Dominis restituere compellantur absq; mutuatæ quantitatis restitutione, quæ tamen mutuantis, & maxime Massarii Montis, damno cedat, & idem obseruari volumus sub poena prædicta in ementibus dictas telas, & lanam a quibuscunq; textoribus & lanificibus, seu lanam laborantibus sub poena prædicta. Mensuratio autem pannorum lanæ fieri debeat extenso panno super tabula non trahendo illum aliter, & mẽsura poni debeat in medio panni non in extremis, ita vt mensuratio iusta sit & emptor in mensura non fraudetur, poena contrafacienti librarum trium bonoñ. applicandarum vt supra pro qualibet vice.

¶De Aromatariis. Rubrica. VII.

ARomatarii teneantur, & debeant eorum artẽ bene & legaliter exercere, non faciendo aliquam misturam in eorum mercibus, & in pertinentibus ad eorũ exercitium quæ non sit permissa secundum eorum ordinamẽta, & eius artis laudabiles consuetudines, nec vendere vnam rem pro alia, seu illas quoquo modo viciare, seu adulterare sub pœna librarum decem bonoñ. pro qualibet vice, qua cõtrafactum fuerit. Et vt liberius Aromatarii valeãt credere eorum merces, statuimus, & ordinamus vt pro summa librarum vigintiquinq; boñ. eorũ libris detur fides pro rebus spectantibus ad dictam artem quæ summa sit ad minus in quinq; partitis. Delato tamen prius ipsi creditori si viuat in supplementum iuramẽto, alias soli libro credatur, si prouisori, & consulibus dictæ artis videbitur, dummodo dicti Aromatarii habeant eorum libros, vz, zornale, vachettas, & librum magistrum bene regulatos bullatos signo mercatorum artis lane, ac numero foliorum annotatos. Debitores autem eorum conueniri coram prouisore, & consulibus artis lanæ valeant, qui aromatariis ius reddere debeant, prout & sicut reddunt mercatoribus artis lanæ, & vbi coram eis dubitari contingerit de aliqua re spectãte ad exercitium aromatariæ, tũc dicti prouisor, & consules teneantur vocare consulem, seu consules Aromatoriorũ, & iuxta eius, vel eorum relationem litem decidere. In medicinalibus vero tarram non minus solidorum quattuor bonoñ. pro qualibet libra facere teneantur. Possint autem aromatarii omnibus diebus festiuis tenere vnam apothecam apertam die tota in foro, alteram vero extra plateam. Post vesperas autem dictis diebus liceat omnes medicinales apothecas aperire, vt medici necessaria pro infirmis ordinare valeant. Volumus insuper vt aromatarii præfati aliis prærogatiuis potiantur quibus mercatores artis lanæ gaudent.

¶De sutoribus pannorum, & calceorum. Rubrica. VIII.

SVtorum tam pannorum q̃ calciamentorum iustam declarare mercedem cupientes, & vt immoderato vestimẽtorum, & calciamentorum ornatui occurratur, qui vt plurimum fit, ex suasionibus hominum nimium lucrari etiam cum maxima aliorum iactura querentium, ideo hac lege imperpetuum obseruãda sancimus, volumus, & declaramus non licere huiusmodi artificibus exigere pro eorum mercede vltra infrascriptas quantitates.

¶Imprimis p veste muliebri serica quo vis modo ornata non possint sutores pro eorum mercede habere exigere, vel consequi vltra aureum vnum, & non vltra.

¶Pro veste vero muliebri panni cuiusuis coloris, qualitatis, & præcii, aut etiã ciambelotti non possint pro eorum mercede consequi, aut exigere vltra solidos. l. boñ.

¶Pro saia vero muliebri cuiusuis coloris, qualitatis, & quomodolibet ornata, & sub quo vis artificio, arte, labore, vel ingenio non possint habere, nec exigere vltra solidos quadraginta bonoñ. & pro qualibet sutana solidos vigintiquinq; bonoñ. & pro gabano saie solidos quindecim & non vltra.

¶Pro veste autem virili serica ad talos vsq; tendẽte, eorum merces aureum vnũ non excedat. Pro breuiori autem veste serica librarum trium solutioni omnino acquiescat, & pro veste panni cuiusuis coloris, seu ciambelotti ad talos eunte cõdignam eorum mercedem solidorum quadraginta bonoñ. esse decernimus. Pro alia vero breuiore veste panni, seu ciambelotti solidi triginta bonoñ. tantummodo, & non vltra eisdem sutoribus debeantur, exceptis paliis, & capinis panni cuiusuis coloris, & prætii. Pro quibus solum peti, & exigi volumus solidos quindecim boñ. pro eorum mercede, & excepta etiam veste virili saiono nuncupata pãni, seu ciambelotti pro qua sutoribus pro eorum mercede solidos vigintiquinq; bonoñ. deberi & non vltra sancimus. Pro indumento vero senili panni, seu ciambelotti solidi duodecim bonoñ. & non vltra exigantur. Pro caligulis vero virilibus cuiusuis generis,

& qualitatis

& qualitatis, etiã mirifice ornatis, & portari nõ prohibitis mercedẽ cõdignam esse decernimus solidorũ decẽ boñ. Et p caligis simplicibus virilibus vltra solidos septẽ dictis sutoribus nõ deberi decernimus. Pro duploide vero serico merces solidorũ triginta bonoñ. & pro duploide cuiusuis alterius qualitatis solidorum quindecim solutioni acquiescat.

¶ Calciamentorum vero sutores muliebres, crepitas cuiusuis qualitatis, cõditionis, & precii, etiam quauis arte factas, & ornatas non vendant, nec vendere valeãt omnibus cõputatis vltra solidos triginta boñ. & pro calceis muliebribus coreis, etiã coreo cõputato eorũ mercedẽ esse solidorũ sex tantum declaramus. Pro crepitis vero virilibus pro eorũ mercede eis solidi quattuordecim debeantur, & pro calceis iuuenum simplicibus talibus artificibus solidorũ decem bonoñ. merces soluatur, & pro aliis vero duplicibus cuiusuis generis solidi quattuordecim exigantur. Pro solatura autem muliebri, vel viri solidos quinq; constituimus.

¶ Volentes, decernentes, & firmantes per dictos sutores nõ posse quouis modo, aut prætextu, palã, vel occulte directe, aut idirecte peti, recipi, aut exigi etiã prætexto cuiusuis pacti, vel etiam a sponte soluere volentibus pro eorũ mercede vltra suprascriptas quantitates supra taxatas singula singulis cõgrue referendo, sub pœna librarum vigintiquinq; bonoñ. auferẽda de facto, tam a dicto sutore, q̃ etiam a parte sic vltra suprascriptas taxatas quantitates soluente totiens quotiens in prædictis, seu aliquo prædictorum fuerit contrafactum applicanda, pro vt applicantur aliæ pœnæ ex forma indultorum apostolicorum ciuitati Fauentiæ concessorum, & etiam sub pœna q talis sutor sic contrafaciens non possit eius exercitium per annum continuum publice, vel occulte exercere in dicta ciuitate Faueñ. aut in eius comitatu & districtu, & sit præcisum.

¶ De figulis. Rubrica. IX.

QVoniam in hac nostra ciuitate ars figulorũ ita præcipua est vt cũctas flamine vrbes excellat. Eapropter ꝯuenit vt eos aliquo fauore ꝓsequamur. Igiẽ statuimus, & ordinamus q nullus possit exercere dictã artẽ figulorꝫ nisi fuerit prius descriptus in matricula ipsorum, & ab eis approbatus fuerit, quã matriculam, & quos ordines approbamus, & obseruari præcipimus, & mandamus. Volums tamen q præfati figuli teneantur, & debeant facere vasa de bono luto, & non de limo, ad hoc vt vasa diutius durent, & igni resistere valcant, & ad omnem requisitionem Magnifici Domini Potestatis ciuitatis Fauentiæ prædicta obseruare iurare compellatur, dummodo non plusq̃ semel in anno.

¶ De brentatoribus, & asinariis. Rubrica. X.

STatuimus, & ordinamus, q omnes Brentatores, & Asinarii teneãtur, & debeãt se describi facere in vno libro existenti penes officiales gabelle, & iurare bene ac diligenter artem suam exercere. Teneanturq; statim adesse in loco in quo ignis rumor inuaserit cum eorũ brentis, barilis, & asinis, ad deferendum aquam ad ignẽ extinguendũ necessariã, & teneanẽ se præsentare coram capellano in cuius capella erit ignis sub pœna viginti solidorum boñ. nisi iusto impedimento fuerint excusati, de quo sequenti die fidem facere teneanẽ, & sint inmunes a custodiis. Possint tamen omnes tam ciues q̃ forenses tempore vindemiarum officio brentatorum, & asinariorum vti, etiã si descripti nõ fuerint in libro suprascripto, dũmodo barilia, & brentæ sint bullatæ, & iustæ, & semel in anno teneantur omnes supradicti eorꝫ vasa cum quibus vinũ deferunt bullare sub pœna prædicta, & si bullari contingerit sine mensuratione bullator eandem pœnam incurrat.

¶ De Pistoribus, Hospitibus, & Tabernariis. Rubrica. XI.

PIstores summa ope niti debēt, vt panis bene ac diligenter custodiatur, & ne in furno, aut extra deuastetur per eos, aut eorum operarios, non tantū panis verum esculēta quæcūq;, sed ea omnia coquere, & custodire sine fraude, & ad domū domini deferre cū suis pānis, & si prædicta nō obseruauerint viginti solidorū pœna puniant̄ qualibet vice, & damnū emendare teneant̄, nec recusare valeant volentes ad eorū furnū coquere pœna prædicta, & vt fraudibus obuietur, volumus ꝙ pistores curent ne aliquis de eorum familia panē furent̄, & vt indicare debeant alios, qui in eorū furno panē furarent̄, alias ipsi teneant̄ ad omnē emēdationē. Insuper prohibemus ne ipsis liceat interdicere aliis pistoribus ne panē coquant eis qui essent eorum debitores, & eis non satisfecissent de eorū labore, pœna cōtrafacienti solidorū quadraginta boñ. Liceat tamē ipsis pistoribus, & eorum famulis quocūq; tēpore ire noctis quacūq; hora, etiā sine lumine quādo eunt causa eorū exercitii, & credat̄ eorū iuramēto, sintq; ab omnibus custodiis immunes p̄terq̄ in diebus festiuis in quibus custodias tam nocturnas q̄ diurnas facere compellant̄. Volumus isuper vt pistores habeāt cōsules, & ordinē, ac matriculā sicut alii artifices huius nostræ almæ ciuitatis Fauentiæ, vna tñ cū hospitibus, & tabernariis, qui intelligant̄ esse, & sint eiusdem ordinis cuius sunt pistores, qui hospites teneantur ꝓuidere rectoribus de massaritiis, & lectis oportunis, recepta competēti mercede estimāda per Dominos Antianos pro tempore existentes, & ad hoc consules eorum cogi possint.

¶ De mercedibus artificum, & laboratorum. Rubrica. XII.

FAbri lignarii, ꝓ magistris matriculati, & muratores ꝓ eorū diurna opera a calēdis Martii vsq; ad calēdas Nouēbris accipere possint solidos septē boñ. seruitores autē eorum seu famuli solidos quinq;, alio autē tēpore p̄fati magistri & muratores solidos sex, & famuli solidos quattuor, conducentes vero eos sub dictis salariis eisdem operariis expensas victus condecentes præstare teneant̄. Si vero conducerētur eorūdem operariorū expēsis, magistri in artibus p̄dictis accipere possint solidos nouem a mense Maii, vsq; ad mensem Nouembris, famuli vero solidos septem, alio vero tempore magistri solidos octo, famuli vero solidos quinq;, & non vltra.

¶ Cultoribus vinearū, vel lazariarū pro ligonizando quolibet tempore soluantur solidi quinq; qualibet die. ¶ Putatoribus vero pro opera eorum diurna soluantur solidi quattuor, nec aliud a conducente petere possint. ¶ Rei rusticæ operarii pro quolibet diurno opere solidos quinq; tantū exigāt, nec aliud petere possint, & hoc a mense Martii vsq; ad mensem Nouembris, alio vero tempore solidos quattuor. ¶ Messoribus, & trituratoribus pro qualibet opera soluantur solidi sex bonoñ. cum expensis victus condecentibus. ¶ Salua semper in prædictis omnibus partium conuentione, quæ inuiolabiliter obseruetur, executioniq; debite mandetur.

¶ De ponderibus, & mensuris. Rubrica. XIII.

CVpientes neminē in pondere, vel mēsura fraudari, statuimus, & ordinamus, ꝙ officiales gabellarū quādocunq; eis videbit̄ expedire expēsis cōis teneant̄, & debeant se certificare de iustis, & cōsuetis ponderibus, & mensuris ciuitatis Bononiæ, & secundū eas metiri, & regulare omnia, & singula pondera, & mēsuras ciuitatis Fauentiæ, & districtus, ac talē ponderū, & mensurarū certitudinē in regulā in loco tuto conseruare tam ad vsum officialis ordinati, vel ordinandi, q̄ cuiuscūq; volentis pondera, vel mēsuras comparare, adequare, vel regulare. Pro cōi etiā omniū comodo, & vtilitate teneant p̄fati officiales expensis cōis iusta pondera & mensuras cuiuslibet generis, quibus quilibet libere vti possit, & valeat. Officialis quoq; ꝑ Dños Antianos ordinatus, signū, & impressionē teneat, quo iusta, & legittima tantum pondera, & mēsuras signat pro mercede denarios quattuor tantū pro singula mēsura, lance, libra, vel statera recepturus, qui possit, & debeat semel quolibet anno

per publicū edictū cōmunis monere, vt pondera, & mēsuras ad regulandū, & signādum perferant in tempus, sub pœna per Dños Antianos declarāda. Nullus autē audeat, vel præsumat cum ponderibus, vel mensuris non iustis, non regulatis, & signatis per publicū officialē vendere, & cōtrafaciens, mēsuras, bilances, pōdera, vel stateras qualibet vice, & pro qualibet mensura, vel pōdere amittat, & nihilominus puniatᷓ in solidis. xx. boñ. ꝑ tertia officiali, & pro residuo cōi Fauentiæ applicañ.

¶ De porticibus, viis, & locis publicis. Rubrica. XIIII.

STatuimus, & ordinamus, ꝙ omnes viæ, & stratæ intus ciuitatē & burgū portæ pontis debeant lapidibus sterni, seu asilicari per oēs habētes domos, vel muros ab vtraq; parte earū, propriis eorū expēsis pro latitudine domoꝝ, vel murorū eorū, pro modo qualitate, & quantitate quæ videbitᷓ Dñis Antianis, & ipsas asilicatas manutenere, & cōseruare, & similiter porticus ante eorū domos, vel muros eoꝝ expensis fieri facere, & asilicari debeant pro altitudine, & qualitate, quæ ipsis Dñis Antianis videbitur, & de nouo etiā fieri facere, & asilicari, & manutenere pro cōi oium vsu, vt comode, & decenter iri possit per eos in ciuitate absq; impedimento, vel imunditia aliqua & hoc intelligatᷓ de porticibus discoopertis. Nulli etiam liceat porticum de nouo super columnis ligneis, vel lapideis construere, vel erigere in ciuitate, & eius suburbiis nisi cū licentia consilii generalis ciuitatis Fauentiæ obtenta ad partitū fabarū. Nullus etiā possit pontē super vias publicas facere, aut fieri facere etiā si domos ab vtraq; viæ partæ haberet, pœna libraꝝ quinquaginta boñ. cōi Fauē. applicañ. & de facto exigēda, & nihilominus porticus & pons pœnitus destruantur, & auferantur.

¶ De pōtibus nō faciēdis sup canali, & viis publicis sine licētia. Rubrica. XV.

NVlli de cætero liceat facere aliquē pontē super viis, seu canali cōis Fauentiæ licet haberet domos ab vtraq; parte viæ, & quāuis haberet domū prope canale, & viā ab alio latere canalis, nisi prius habita licentia a Magnificis Dñis Antianis cū adiūctis, v3 quattuor pro qualibet porta q sint de numero quatraginta octo Antianorū, pœna librarū viginti quinq; boñ. cuiuscunq; qui secus facere præsumpserit, qui pons eius sit, & esse debeat latitudinis, altitudinis ve ꝗ præfatis Dñis Antianis, ac adiunctis videbitur. Liceat tamen tintoribus, & caligariis tenese [illegible] in, & supra canale publico pro eorū vsu & artis, dūmodo cursus aquæ nō impediatᷓ, quas ad omne libitū Antianoꝝ remouere teneantᷓ, quilibet etiā canale a latere suo purgare, & effodere debeat arbitrio Antianoꝝ, sub pœna per ipsos declaranda.

¶ De cloacis. Rubrica: XVI.

INsuper quā sit necessariū ciuitatē per publicas cloacas, & discursus aquaꝝ bene, & decenter discurere ab aquis pluuialibus, cū ob hoc plurima & enormia dāna, & domorū ruinæ euenerūt. Ordinamus ꝙ per præfatos Dños Antianos omnis debita prouisio, & cura adhibeatur vt debeāt eas facere teneri purgatas cū cursibus suis aquarū ad illas, vt aque statim possint labi, & currere extra ciuitatē absq; aliquo publico, vel priuato detrimēto. Possint etiā ꝑfati Dñi Antiani de nouo alias cloacas pontes cursus aquarum tam in ciuitate ꝗ comitatu, & districtu fieri facere ordinare, & labi facere pso vt eis videbitᷓ expedire etiā p terrenū priuatorū, ꝯtradictione eoꝝ aliqua non obstante pro bono, & vtilitate publica. Nemini vero liceat in ciuitate, vel extra cloacā aliquā facere in via publica, vel etiam ĩ suo, vel abruptionē aquarū aduersus conuicinos, vel alios vlterius bona habētes, nisi cū licentia obtenta a Dñis Antianis, quā cōcedere possint cū eis videretᷓ cōuentiēs fore ꝑ vtilitate tam publica ꝗ etiā priuatorū. Liceat etiā in ciuitate, & burgis cuilibet pluuiales aquas, ac puteoꝝ

aquas quæ pro vſu domorũ pro pannis lauandis, & vegetũ purgatione hauriuntur
per cloacas vſq; in viã publicã deducere abſq; vlla prohibitione, aut aliqua ordina/
tione in cõtrariũ faciente, q̃ ſi aliqua repireret, caſſa, & irrita ex nunc habeatur. Non
poſſit tñ aliquis aliquas ferentes aquas, vel imunditias aliquas, aut aquas lauatorarũ
vtenſiliũ coquinæ modo aliquo per dictas cloacas deducere ſub pœna ſolidorũ vi/
ginti boñ pro qualibet vice qua contrafactũ fuerit cõi Fauentiæ applicãda. Teneã/
tur etiã oẽs cloacas habẽtes, & diſcurrentes in vias publicas, tenere illas bene purga/
tas apud vias, ita & taliter q̃ nõ fiat ibi aliqua putredo, fætor, vel imunditia, ſub di/
cta pœna ſolidorum viginti pro qualibet vice vt ſupra applicanda.

¶ De cuſtodiis ciuitatis, & ſuburbii. Rubrica. XVII.

ITem ad euitandas fraudes, ſtatuimus, & ordinamus, q̃ de cætero officiales cu/
ſtodiæ dictæ ciuitatis Fauẽtiæ habere & tenere debeãt vnũ librũ, in quo ſcripti
ſint oẽs fumantes, & capellani dictæ ciuitatis, & ſuburbii, ac comitatus eiuſdem,
ſummaq; diligentia curent, vt in dicto libro oẽs idonei ad cuſtodiã deſcribantur, v3
oẽs maiores decem, & octo annorũ, & qui non exceſſerint annũ ſexageſimũ, & cũ
dictis officialibus iniunctũ fuerit per Magnificũ Dñm Gubernatorẽ, & Dños Antia/
nos vt cuſtodias p̃cipiant, tunc debeant ſono tube p̃miſſo oẽs capellanos, & capitu
larios ſcolarũ ad ſe vocare, & eis ſub pœna librarũ quinq; boñ. imponere, vt tot cu/
ſtodias ordinare velint, quos ipſi officiales expedire cognouerint, & notarium di/
ctorum officialiũ eas in libro alio ſuper hoc deputato ſeriatim deſcribere teneatur
diſtinguẽdo quarteria, & capellas, & inſup curare debeant ne aliqui plus grauentur
q̃ cæteri, & q̃ capellæ maiores numero plures cuſtodias dent q̃ minores, & non ve/
nientes ad cuſtodiã p̃fati officiales punire valeant in ſolidis quinq; pro quolibet, &
tñ ſequenti nocte cuſtodiã facere cõpellant. Capellani autẽ non ordinantes ſuas cu
ſtodias debitis temporibus, pro vt eis ꝯgruis tẽporibus iniũctũ fuerit in ſolidis vigin
ti boñ. puniant, & dicti officiales cuſtodiæ teneant ſingula nocte, qua fiũt cuſtodie
ire, aut mittere notariũ ad videndũ an cuſtodie ſint ad eorũ loca deſignata, & oẽs
cuſtodias recenſere, & non inuentas vt ſupra punire, & ſi eis expedire videbit̃ de no
uo alias loco deficientiũ ponere, & idem in diurnis cuſtodiis obſeruari volumus.
Declarantes inſup q̃ dictis minoribus decẽ & octo annorũ, & ſeptuagenariis, & infir
mis, aliiſq; miſerabilibus perſonis, & viduis nullo modo aliquod onus cuſtodie
imponat̃, etiã ſi cõtigerit ſup hoc ex cauſa cuſtodiæ aliqua colecta imponi, ſiue in
cõi, ſiue in capellis, aut ſcolis, cũ ab iis oneribus tales imunes eẽ deceat. Volumus ẽt
q̃ copia dicti libri in quo deſcripti ſunt oẽs idonei ad cuſtodias ſtare debeat penes
ſcribam maiorem dictorum Dominorum Antianorum ne contingat aliquẽ de eo
deleri ſine ipſorum licentia.

¶ Quod fabri lignarii retinere poſſint ligna in viis publicis ipune. Rubrica. XVIII.

CArpentarii, & artifices lignaminis, & volentes ædificare, & alii conducentes
lignamina pro vſu ſuo, & familiæ in ciuitate vel burgis, poſſint ipſa lignami
na impune retinere in viis publicis, dummodo non impediatur vſus viarum
tam perſonarum, q̃ curruum, & ſi impedirẽt curſum viæ, perſonarum, vel curruum
incidant in pœnam ſolidorum decem pro qualibet vice, & nihilominus lignamen
aptare debeant ne curſus impediatur. Inſuper omnes prædicti teneantur dicta ligna
mina de viis in partem, vel in totum remouere, & exportare quãdo videret̃ rectori
aut Dominis Antianis, vel prætori ex ſuo arbitrio pro aliqua rationabili cauſa, ſub
pœna qua comiſſum, vel mandatum fuerit.

¶ De muro diuiſorio, ſeu clauſura inter conuicinos
conſtruenda. Rubrica. XIX.

Statuimus, & ordinamus, q quicūq; habuerit domum, cortile, hortum, aream, seu aliquod discoopertum domibus contiguum in ciuitate Fauētiæ, suburbiis comitatu, seu districtu eiusdem, in cōfinibus cum suo conuicino, quæ ex parte, vel latere aliquo sit aperta, & nō totaliter clausa, teneatur cōmunibus expensis ipsius, ac conuicini facere parietem, seu murum diuisorium, arbitrio tamen boni viri, si fuerit domus, seu cortile, si vero fuerit hortus, area, vel aliud discoopertū, sibi alius fuerit murus, tūc clausura fieri debeat de muro inter ipsos conuicinos simili modo expensis cōmunibus eorumdem. Si vero alias non fuerit ibi paries, tunc sepe ex cōuenienti materia clausura fieri debeat, etiam cōmunibus expensis ipsorum. Si vero alter eorum conuicinorum renueret parietem, & clausuram vt supra facere, seu fieri facere, tunc alter desiderans clausuram fieri, possit, & valeat vt supra claudere, seu claudi facere expensis propriis in confinibus ipsorum conuicinorum capiendo de terreno cuiuslibet ipsorum pro dimidia, & tunc talis clausura cuiuscunq; conditionis fuerit, sit & esse intelligatur cōmunis inter ipsos vicinos quantumcunq; expensis alterius tantum facta fuerit. Liceat ei tamen, qui talem clausuram fecerit propriis expensis, alterum vicinum iuris remediis sine aliqua iuris solemnitate compellere, & compelli facere ad huiusmodi clausuram construendam, vel factam a cōuicino eidem pro dimidia expensæ satisfacere. Et teneatur Dominus Potestas, & alius quilibet iusdicens, qui additus fuerit, alterum vt supra de facto compellere, & hoc statutum sit præcisum.

¶ De pariete, seu muro cōmuni. Rubrica. XX.

Quicunq; habuerit parietem, seu murum cōmunem cū aliquo vicino suo vel cum aliqua vniuersitate, colegio, seu etiam cū cōmuni ciuitatis Fauentiæ possit & valeat in tali pariete, & muro edificare, & elleuare, & in eo tigna imponere ad voluntatem suam, & quotiens ei videbitur non obstante vicini contradictionē, & si talem parietem elleuauerit tale superedificatum efficiatur cōmune inter ipsos conuicinos, quantumcūq; expensis alterius tātum, tale superedificatum factum fuerit, ita tamen q non liceat alteri conuicino in tali superedificato aliquid edificare, facere, vel rursum elleuare, nisi prius satisfecerit alteri vicino dimidiam expensæ, quam fecerit in superedificato huiusmodi, quo satisfacto possit in co edificare, & rursum talem murum elleuare sub eisdem condictionibus quotiens ei videbitur. In muro tamen cōmuni non liceat scapham, latrinam, seu cloacam, aut clauicam habere, nisi prius ibi esse consueuerit, vel nisi de voluntate expressa vicini id fiat. Nullo tamen modo liceat vicino fornacem aliquam seu furnum construere seu quoquomodo habere nisi habita prius expressa licentia conuicini, vel nisi idoneam cautionem de damno infecto vicino præstiterit, nulla præscriptione etiam longissima obstante.

¶ Quod nullus possit domum propriam destruere. Rubrica. XXI.

Ne vrbs ruinis deformetur, statuimus, & ordinamus, q nulla singularis psona cuiusuis cōdictionis extiterit, vel etiam vniuersitas possit, aut valeat domū propriam funditus destruere aut destrui facere in ciuitate Fauentiæ aut eius suburbiis, nisi eam reficere, seu reedificare voluerit sub pœna librarum quinquaginta bonon. ipso facto incurrenda, & nihilominus eam reedificare cogatur, & præsumatur non habere animum reedificandi si infra sex menses tunc proxime futuros eam non cœperit reedificare, & infra alium annum eam non cooperuerit, & quilibet possit accusare, & habeat tertiam partem pœnæ prædictæ.

¶De proclamationibus. Rubrica. XXII.

VT certa sint loca vbi proclamationes, & bannimenta fieri debeāt, statuimus, & declaramus, pclamationes illas, quæ fiunt, & fieri debēt p citando aliquē seu aliquos ex forma statutorum nostrorum, seu ad aliū effectū in ipsis statutis expressum fieri debere in illis locis, & eo modo, & forma i quibus, & pro ut in dictis statutis disponitur. Aliæ autem proclamationes, & bānimēta maxime pœnalia vt omnibus innotescat quotienscunq; fiunt, & fieri continget. Fiant primo loco in platea magna ciuitatis Fauentiæ, deinde in strata publica portæ pontis apud ecclesiam sanctæ Mariæ Seruorum de Fauentia, & in strata publica ante cimiterium ecclesiæ sancti Francisci, & etiam in strata publica portæ imolensis ante domum Hospitalis domus dei, & in via publica portæ mōtanariæ ante, & ppe cimiteriū ecclesiæ sancti Ioānis Euangelistæ de Fauētia. Quæ proclamationes, & bannimenta sic factæ, & facta in omnibus prædictis locis habeantur pro legittime factis, & præsumātur verisimiliter ad omnium notitiam, & proclamationes, & bannimenta aliter factæ, & emissa nullius sint roboris, vel momenti.

¶De represagliis. Rubrica. XXIII.

STatuimus, & ordinamus, q si aliqua cōmunitas, seu vniuersitas, vel singularis persona cuiuscunq; gradus, vel qualitatis, etiam si esset ecclesiastica, detineret aliquas personas, terras, possessiones, bona, seu iura cōmunis Fauētiæ, seu alicuius ciuis, comitatini, vel districtualis, aut eius debitor esset, vel reperiretur in futurū ex aliqua causa, Potestas, seu Rector Fauentiæ teneatur ad petitionem eius, vel habētis interesse, & etiam ex eius mero officio quandocunq; sibi denūciatum fuerit moneri, seu requiri facere huiusmodi detētores, seu debitores, vniuersitatem, homines, & cōmune talium detentorum, seu debitorum ad restituendum, & soluendum eidem cōmuni, ciui, comitatino, seu districtuali Fauentiæ, personas, terras, possessiōes seu pecunias, res, bona, vel iura ad eum spectantes, seu spectantia, seu ei quoquomodo debitas infra certum terminum competentem arbitrio prædicti potestatis seu rectoris præfigendum habita consideratione rei, causæ, & personarum de quibus agitur, quod si tales sic moniti, seu requisiti prædicta non obseruauerint, & cum effectu non adimpleuerint infra dictum terminū, vel vbi terminus præfixus nō esset, infra vnum mensem, a die monitionis, seu requisitionis huiusmodi, Potestas, seu Rector prædictus teneatur facere poni infra octo dies tunc proxime sequētes tales detentores, seu debitores, vniuersitatem, cōmune, & homines, ac personas singulares loci, seu locorum dictorum detentorum, seu debitorum in banno cōmunis Fauētiæ pro cōmune, ciuibus, comitatinis, seu districtualibus Fauentiæ ex causis huiusmodi, & etiam pro damnis expensis, & interesse per eos propterea passis, seu patiendis. Et insuper q Potestas, seu rector antedictus seruatis prædictis, & habita fide de præmissis, & maxime de tali detētione, seu credito saltem per vnum testem fidedignum cum iuramento conquerentis, seu creditoris teneatur dare licentiam, & fortiam, siue brachium tali cōmuni, ciui, comitatino, seu districtuali recuperandi, vel aprehendendi & sequestrandi de bonis cōmunis, seu vniuersitatis, ac singularium personarum loci, & locorum præfatorum detentorum, seu debitorum, & etiam detineri faciendi res, ac personas singulares huiusmodi, & illas, ac illa sequestratas, & sequestrata, ac detemptas vt supra retinendi vsq; ad integram satisfactionem talis cōmunis, ciuis, comitatini, seu districtualis Fauentiæ, dumtamen talis aprehensio, sequestratio, seu detentio fiat per aliquem ex militibus, officialibus, seu executoribus Potestatis, seu Rectoris prædicti, & dumtamen aprehensio, sequestratio, vel detentio huiusmodi

non fiat contra ecclesias, vel ecclesiasticas personas, nisi ipsis detinentibus res, seu bona, vel iura illius, cui data esset talis licentia, vel ei debentibus, & tunc etiam interueniente auctoritate, & consensu Reuerendissimi Domini Episcopi Fauentini seu eius Vicarii in spiritualibus.

¶ Declarantes q ubi talis retentio, seu sequestratio de mãdato Potestatis, seu Rectoris Fauentiæ pro credito cõmunis, seu alicuius ciuis, comitatini, seu districtualis Fauentiæ, q tunc præstita pro parte talis detẽti, seu cuius persona, vel res aliqua sequestrata esset, idonea satisdatione in dicta ciuitate Fauẽtiæ pro debito talis creditoris, & loco eius de inditio sisti, & iudicatum soluendo coram dicto Potestate, seu rectore, relaxetur persona detenta, & similiter res sequestrata, & præstita satisdatione prædicta, Potestas, seu Rector antedictus de & sup allegato credito, seu debito huiusmodi sit, & intelligatur index competens & cognoscat, ac decidat condemnando, vel absoluendo iustitia mediante, aliqua exceptione fori, seu incompetentiæ ipsius Potestatis, seu Rectoris non obstante.

¶ Insuper decernimus q si aliqua vniuersitas, seu cõmunitas alicuius terræ, seu loci, vel quecunq; alia singularis persona abstulerit, vel auferri fecerit, aut damnum dederit, vel molestauerit, seu quouis modo detinuerit, seu occupauerit, turbauerit, seu inquietauerit res, seu personas, aut bona, vel iura cõmunis, aut alicuius ciuis, seu comitatini, vel districtualis Fauentiæ, Potestas, seu Rector Fauentiæ teneaẽ desuper deõtiatos seu requisitos ab eo cuius intererit, vel cuius nomine per nuntium, seu litteras quotiens opus fuerit, monere, & requirere vniuersitates, seu cõmunitates, & psonas huiusmodi infra octo dies a die requisitionis de, & super restitutione, & dimissione, sic ablatorum, vel detentorum, & ad cessandum, ac desistendum ab huiusmodi turbatione, detentione, seu molestia, & si infra dictum terminum post requisitionem huiusmodi prædicta non fecerit, & executioni demandauerit, tunc idem Potestas teneatur dare licentiam, & facultatem cõmuni, ciui, seu comitatino, aut districtuali dictæ ciuitatis Fauentiæ perquirendi de bonis, vel rebus illius, terræ, seu loci, vel personarum singularium eiusdem desuper requisitorum, seu requisitarum, & dare, ac concedere eisdem cõmuni, ciui, comitatino, seu districtuali Fauentiæ fortiam, & auxilium ad recuperandum, & sibi satisfaciendum, & prouidendum de oportuno iuris remedio de, & super præmissis & tam in dicta ciuitate Fauentiæ, & eius comitatu, seu districtu q̃ extra, & vbi oportunũ fuerit pro suo esse, accedẽte tamẽ ad hoc voluntate consilii generalis dictæ ciuitatis, & Potestas seu Rector antedictus teneatur dare, & consignare de rebus, & bonis terræ, seu loci, vel personarum singulariũ illius superinde, vt prefertur, requisitarum, & non satisfacientium, vt supra, infra dictum terminum eis præfixum in tantum q cõmuni, ciui, seu comitatino, & districtuali Fauentiæ, seu eius districtu reperiantur, alioquin contra vniuersitates, seu cõmunitates, & singulares personas terrarum, seu locorum prædictorum, & contra eorum, ac earum res bona, & iura ad banni dationem, & ad repræsaglias cõcedendas damnum, seu iniuriam passis, & eis quorum interest procedatur per ipsum Potestatem, seu Rectorem, & cõmune Fauentiæ. Decernentes etiam q forenses habẽtes continuam habitationem cum sua familia in dicta ciuitate Fauentiæ, seu eius comitatu, vel districtu, si ibi habuerint, & habeant, ac possideant possessiones, seu bona immobilia per eos quisitas, & acquisita non possint, nec debeant molestari, vel quouis modo inquietari in eorum personis, seu bonis, causa vel occasione aliquarum repræsagliarum contra quoscunq; forenses concessarum.

¶ Volumus etiam, & ordinamus, q si aliunde concesse fuerint repræsagliæ contra cõmune Fauentiæ siue contra aliquas singulares personas dictæ ciuitatis, Quarum repræsagliarum causa, seu prætextu dictum cõmune Fauentie, vel eius quæcunq; singularis persona, in persona vel rebus damnum læsionem, seu iacturam quomodolibet passum, seu passa fuisset. Teneatur Potestas seu rector, & etiam cõmune dictæ ciuitatis si dictæ repræsagliæ cõcessæ fuerint ex causa, facto, culpa seu defectu dictæ cõmunitatis Fauẽtiæ, seu singularium personarum eiusdem, dummodo cõstet de ve-

ra, & iusta causa, causa concessionis dictarum repræsagliarum quo ad merita negotii de quo allegetur, etiam si rite non fuisset processum in decernendo dictas repræsaglias, facere, & curare cum effectu eius, seu earum sumptibus, & expensis, & de eius ac earum rebus, & bonis, etiam per retentionem personarum, damnum, seu læsionẽ, vel iacturam quomodolibet, vt supra, passo satisfieri summarie, sine figura iudicii sola facti veritate inspecta & absq; aliquo iuris ordine, seu quauis solemnitate ad omnem petitionem talis damnum, læsionem, seu iacturam passo, vel suorum heredu. Si vero absq; iusta causa tales repræsagliæ, quod præsumatur in dubio, alio non docto, quo ad rectitudinẽ, & iustam causam cõcesse fuerint. Idem Potestas, seu rector & cõmune Fauentiæ simili modo, & nullo iuris ordine seruato, & omni solemnitate prætermissa ad petitionem talis damnum, seu læsionem passi, vel eius heredum teneatur ei satisfieri facere de rebus illius cõmunis, seu vniuersitatis, & etiam singularium personarum vnde dictæ repræsagliæ emanauerint vsq; ad integram satisfactionem cõmunis & personarum singularium ciuitatis Fauentiæ, seu eius comitatus, & districtus, & quorumcunq; damnorum, expensarum, & interesse illius, seu illarum. Ita tamen q forenses vt supra in dicta ciuitate Fauentiæ, seu eius comitatu, vel districtu habitationem habentes, & ibi vt præfertur possidentes ex causa repræsagliarum huiusmodi non molestentur, vel inquietentur vt supra.

¶ Declarantes etiam q in nullo casuum prædictorum, vel quocunq; alio possit dari, vel concedi aliqua repræsaglia contra aliquam cõmunitatem, seu vniuersitatem vel locum, aut quemcunq; alium per potestatem seu rectorem, vel quẽlibet officialem cõmunis Fauentiæ sine promisione, & consensu Dominorum Antianorum, & consilii generalis cõmunis Fauentiæ. Et quia difficile est aliquando citare, seu monere, & requirere solẽniter, & pro vt a iure requirit, cõmunitates, seu vniuersitates terrarũ, & locorũ forensiũ, & similiter psonas singulares terrarum & locorũ hmõi, Statuimus, & ordinamus, q in casibus præmissis, & quolibet eorum, & ad finem, & effectum præmissorum omnium, & singulorũ, dumtaxat sufficiat vna citatio, monitio, seu requisitio facta de dictis cõmunitatibus, seu vniuersitatibus, & singularibus personis, si facta fuerit per litteras Potestatis, seu Rectoris Fauentiæ subscriptas per aliquem ex eius notariis, seu scribis, sub impressione sigilli dicti potestatis, seu rectoris p quemlibet ex nuntiis cõmunis Fauentiæ insolidum præsentatas, seu dimissas, seu potestati, seu officiali iurisdictionem ordinariam habenti in eo loco, seu terra vbi citatio, seu requisitio fieri debuerit cum intimatione in scriptis, seu oretenus per eundẽ nuntium eidem potestati, seu officiali facienda per dictas litteras sic præsentatas, seu dimissas cõmunitati, seu vniuersitati illius terre, seu loci, vel eius sindico seu agentibus, ac præsidentibus, siue singularibus personis, cui, vel quibus dirigantur, dari, & denuntiari faciat. Ita tamen q si ipse nuntius quo ad singulares personas (vt supra) citandas, vel requirendas comode, & absq; metu persone ipsius nuntii eas citare potuerit, teneatur illas citare personaliter, vel ad domos suarum habitationum, & q idem nuntius comode & absq; metu potuerit, vel non, easdem singulares personas sic citare, soli relationi eiusdem nuntii absq; alia fide, & testimonio credatur cũ eius iuramento, & q vnica citatio, seu requisitio de singularibus personis personaliter, vel ad dictas domos, vt supra, facta tunc similiter sufficiat. Addentes etiam q vbi tutus additus nuntio citare, seu requirere debenti nõ pateret ad terras, seu loca de quibus supra, super quo similiter nuntio referenti sub eius sacramẽto credatur absq; alia probatione, sufficiat vnica tantum citatio, seu requisitio de talibus cõmunitatibus, seu vniuersitatibus, & earum singularibus personis facta in aliqua terra, seu loco ex propinquioribus terris, seu locis vbi facienda esset talis citatio seu requisitio, dummodo fiat per dictum nuntium cum affixione, & dimissione litterarum citatoriarũ vt supra subscriptarum, & sigillatarum ad valuas ecclesiæ maioris, seu palatii, vel domus solitæ residentiæ prætoris, seu officialis ordinarii, seu terre, seu loci huiusmodi ex propinquioribus, vt supra. Et prædicta omnia, & singula quæ in hoc statuto con

tineantur, & in quolibet capitulo ipsius præcise & inuiolabiliter obseruentur, non obstante quocunq; statuto, seu reformatione forsan in contrarium, vel aliter dispo/nente, & sit præcisum in qualibet sui parte.

❡ Quod vxor indotata, viro non succedat, nisi vt infra. Rubrica. XXIIII.

STatuimus insuper, & sancimus, nulli mulieri etiam inopi & idotate, vel forsan paruam dotem ad eius alimenta non idoneam habenti, & etiam non habenti vnde, & a quo possit ali, ius, aut actionem aliquam de cætero ex iuris cõmunis censura acquiri, aut competere in bonis, seu hereditate eius mariti diuitis prædefun cti, aut contra ipsius mariti heredes quouis suos, vel extraneos, nec partem aliquam in, & de bonis, & hereditate huiusmodi possit, aut valeat modo aliquo habere, con sequi, retinere, vel petere, sed ab eis, & ea penitus, & omnino sit virtute presentis sta tuti exclusa, soluma; dicto casu ius dictæ mulieri competat petendi, & consequendi ab heredibus dicti sui mariti vsufructum eius portionis quæ sibi alias de iure debeat pro toto tẽpore eius vitæ vidualis castæ, & honestæ, & non vltra, iterimq; quãdiu dicta mulier dictum vsufructum voluerit per dictam mulierem dictam eius paruam dotem, si eam idem maritus habuisset, petere, aut exigere non possit a dictis heredi/bus. Quod statutum inuiolabiliter obseruari volumus, & mandamus in singulis eius partibus dicti iuris cõmunis censura, & dispositione non obstante.

❡ De contractibus & obligationibus mulierum. Rubrica. XXV.

CVm sæpissime mulieres decipi variis modis consueuerint pro vt experientia docuit. Statuimus, & ordinamus, ne mulieres indotatæ remaneãt, q̃ de cæte ro nulla mulier possit, seu modo aliquo, aut quo vis p̃textu, titulo, seu causa se obligare alicui, seu contractum, renuntiationem, aut obligationem aliquam face re de, & super eius dote in bonis vel in pecunia consistente, aut super hipoteca sibi pro dicta dote competenti, vel competitura in bonis eius mariti, ex qua obligatiõe renuntiatione, & contractu posset remanere indotata, etiam accedente assensu eius mariti, nisi in huiusmodi obligatione, contractu, & renunciatione interueniat con sensus expressus & auctoritas duorum agnatorum ex propinquioribus dictæ mulie/ris bonæ condictionis, & possidentium inmobilia in ciuitate, seu comitatu Fauen/tiæ, etiam iurantium id expedire, aut necessarium esse dictæ mulieri, & nisi interue/niat iudicis competens decretum cum legittima causæ cognitione iterpositum, & agnatis huiusmodi non existentibus, id fiat cum assensu, & auctoritate duorum pro pinquorum ex latere matris dictæ mulieris, si extant, bonæ tamẽ condictionis, & si/militer possidentium, & iurantium vt supra, & eis non extantibus duorum vicinorũ inmobilia vt supra possidentium, & dicto modo iurantium, & bone condictionis, fame, dicto iudicis decreto semper interueniente & non aliter. Et omnis obligatio, renunciatio, & contractus aliter facta, & initus etiam iurata, & iuratus præsumatur meticulosa, & meticulosus, doloq; vi, & metu extorta, & extortus, & in aliquo non opituletur illi ad cuius fauorem talis obligatio, contractus, & renunciatio emanaue rit, & in contrarium probatio non admittatur, & admissa non prosit, nec valeat, nec teneat. Liceat tamen dictis mulieribus sine tali solemnitate dotem pro eius filia

seu alia qua vis muliere promittere, & pro ea se obligare, & quemlibet contractum & renunciationem facere.

De bonorum cõmunium diuisione. Rubrica. XXVI.

AD remouendas difficultates, discordias, necnon rixas, quæ euenire solẽt causa, & occasione diuisionis bonorum cõmunium, vtq; diuisio ipsa facilius, quietius, ac expeditius fieri valeat. Statuimus, ꝙ ad instantiam cuiuslibet volentis diuidere, aut diuidi bona sua sibi cõmunia quoquo modo, aut pro quacunq; parte cum aliquibus coniunctis siue non, & quæ de iure diuidenda essent, per iusdicentem statuatur terminus octo dierum cuilibet ex consortibus prædictis, infra quẽ conuenire debeant inter se omnes ad partes cuiq; eorum contingentes faciendas, & assignandas, aut in modo faciẽde diuisionis, aut per se ipsos, aut vnum, vel plures ex eis, aut per alium, vel alios eligendum, vel eligendos ad hoc infra terminũ inter eos statutum, vel statuendum, ꝙ si non conuenerint, vt supra, in eo termino, vel ab eis electi siue vnus, siue plures dictas partes non fecerint in eo termino vt supra statuto, tunc ad instantiam cuiuscunq; ex his diuisionem fieri volentis consortes ipsi omnes detineantur in palatio ipsius iusdicentis, ita ꝙ ex eo loco nullus exire queat sine licentia iudicis ipsius donec statuerint diuisionem, & partes esse faciendas per vnũ ex eis, quem maior pars saltem, omnibus tamẽ vocatis, elegerit pro magis idoneo ad hunc effectum, vel ratione maioris ætatis, aut maioris intelligentiæ, seu experientiæ, aut quauis alia ratione, quo non electo infra octo dies a die eorum detentionis ꝑdictæ, aut partes nõ faciẽte postq̃ electus fuisset infra terminum quindecim dierũ tunc immediate sequentium, tunc partes faciat, & facere teneatur, & cogatur omni iuris remedio ille quem sors ad faciẽdum elegerit, seu deputauerit, ꝙ si etiã sortitus ipse infra alios quindecim dies partes ipsas non fecerit, qui prius ad diuisionem prouocauerit, vel voluerit bona diuidi, partes ipsas facere teneat, ac cogatur, vt supra, & quando plures cõcurrerẽt æque, vel aliter esset dubium, aut altercatio, qui prius prouocauerit, vel voluerit bona diuidi, si ex eis non sit qui velit partes facere, tunc sorte dirimatur quis ex his partes faciat, & quem sors declarauerit, partes ipsas facere teneatur, & cogatur, vt supra, hoc tamen semper prædictis addito, & declarato ꝙ minores vigintiquinq; annis non teneantur, nec eorum agẽtes partes facere, nec ad id cogi valeant. Inter duos autem tantum consortes volumus debere & cogi facere partes prouocantes ad diuisionem, nisi aliter prouocatus vellet partes ipsas facere, & ipsis pariter prouocantibus, vel existentibus in controuersia, non existente in promptu quis primo prouocauerit, sorte vt supra dirimatur & declaretur quis partes facere debeat, & cogatur vt supra, minoribus vt supra non cogendis ad partes faciendas, & ꝙ in omnibus casibus prædictis diuisio fieri debeat siue partes ipse fieri debeant bona fide, & non ad iniuriam & beneficium vnius potius q̃ alterius, & consideratis circunstantiis, quæ considerari solent & debent de iure ad partes faciendas æqualiter, etiam in diuidendo res pro rata quando cõmode diuidi possunt, vel assignando rem integram pro re & e contra, & supplendo in pecunia quando & pro vt æquum esset, & aliter disponendo, & faciendo pro vt videtur melius sinceritati boni diuisoris, colloquio, & cõsilio etiam peritorum adhibito vbi diuidens, & partes faciẽs nõ haberet sufficientẽ cognitionẽ, & præstito ꝑ eũ diuidẽtẽ iuramẽto solẽniter de obseruãdis, & considerãdis prædictis, cuius iuramento etiam stari debeat se bona fide, & secundũ conscientiã suã, & secundũ cõsideranda vt supra visum fuisse. Factis insuper partibus ĩ oĩbus, & singulis casibus prædictis sorte dirimatur quis primo, & qui successiue optare habeat vnus post aliũ vsq; ad vltimũ inclusiue, & habeãtur, pro vno consortẽ etiã quo ad omnes effectus plures heredes, vel successores in iure primi cõsortis, qui habuisset vt supra diuidere, vel in diuisiõe esse, si ius tpe diuisiõis penes eundem durasset, & ꝑdicta diuisio mittatur executioni tradita etiam vnicuiq;

possessione, vel quasi partis suæ, aut sibi acquisita, quam etiam propria auctoritate, volumus vnum quemq; sibi acquirere posse, remota in prædictis omni appellatiõe etiam legittima, quo ad effectum suspendendi executionem prædictam, nec nõ sal/uis infrascriptis, omni querela, ac recursu, aut reclamatione remotis, donec dicta di/uisio sortita fuerit effectum, vt supra, recepta portione sua per quemcunq; volẽtem dictæ diuisioni, & dictis partibus factis acquiescere. Declarantes tamen, ac volumus quod non obstante quod aliquis acquieuerit, quisquis fuerit, dictæ diuisioni, & partibus, vt supra, liceat ipsi, & vnicuiq; ex prædictis consortibus querelare, & de nullitate, ac in iustitia dictæ diuisionis dictarumq; portionum factarum proponere, & etiam in iu/ditio agere coram iudice competenti, aut si voluerit, vel coram arbitris, & arbitra/toribus eligendis, & qui eligi debeant modo, & forma, de quibus & pro vt in statu/to de compromissis inter coniunctos eligendos infra biennium a diæ factæ dictæ di/uisionis, & partium prædictarum numerandum pro quacũq; læsione, etiam modi/ca, quæ tamen excedat valorem, aut æstimationem decem pro centenario, pro eo maxime, quod non fuerit facta æqualiter, aut non seruatis prædictis, aut aliis de iure cõ/siderandis, & ex quibus consideratis equior diuisio fieri potuisset, quod tamen bien nium non currat minoribus durante eorum minori ætate, hoc tamẽ semper decla/rato quod partes factæ stare debeant, nec alterari, etiam docto, aut ostenso de læsione allegata, & tunc, & eo casu, illi & cuicunq;, qui minus haberet, & qui læderet, vt su/pra, reficiatur per alium, vel alios pro rata quatenus plus vnus haberet, q̃ alius in pe/cunia, vel rebus pro vt magis voluerit reficere legittimæ, vbi autem querelans, vel de læsione dicens fateretur aliquam portionem non habere læsionem, & illa sibi officere cum effectu permutãda cum sua, tũc omnino sit exclusus a dicta querela, & læsione proponenda. Per prædicta tamen non intelligimus esse derogatum quia dici possit de læsione secundum terminos iuris cõmunis considerabili infra tempo ra præscriptionum a iure cõmuni vel aliter q̃ a præsenti statuto idu ctorum. Et quia de modo sortiendi posset etiam esse discordia dicimus, & volumus in casibus præ/dictis modum esse debere quem maior pars voluerit, aut in defectum maioris par/tis quem iudex declarauerit, & hoc statutum de nouo additum, sit præcisum, & ser/uari debeat inuiolabiliter.

¶ De sumptibus funerum. Rubrica. XXVII.

Quoniam multotiens dubitari contingit quanta esse debeat expensa fune/ris, quæ detrahi debeat ex dotibus, seu in consignatione legittimarum, aut in restitutione hereditatum, seu fideicomissorum, & in quibuscunq; casibus, in quibus dicta funeris impensa de iure deducenda venit. Eapropter præsen/ti lege sancimus ne alicui in prædictis casibus, seu aliquo eorum, vel simili pro expẽ/sa funeris petere, vel retinere, aut computare possit vltra quinq; pro cẽtenario, quã/do dos, seu bona de quibus petitur restitutio in parte, vel in totum non excederet summam librarum quingentarum bonoñ. Abinde vero supra vsq; ad mille libras quattuor p centenario, a mille vero libris supra vsq; ad duo milia, tres libras tãtum pro centenario. Abinde vero supra vsq; in infinitum libras duas bonoñ.

¶ De custodibus portarum. Rubrica. XXVIII.

Statuimus, & ordinamus, quod custodes portarum non audeãt, vel præsumant ac cipere aliquam rem, vz fœnum, aut ligna, & similia ab aliqua persona cõducẽ/te ligna, fœnum, aut similia in ciuitatem Fauentiæ, seu suburbia, etiam a sponte

dare volentibus, sub pœnâ librarum trium boñ. pro qualibet vice qua cõtrafactum fuerit, & quilibet possit accusare, & habeat medietatem pœnæ prædictæ, & credatur sacramento accusatoris.

¶ De Campanariis. Rubrica. XXIX.

CAmpanarii turris cõmunis Fauentiæ sint duo eligendi, & deputandi per Dominos Antianos, & adiunctos, si & quum opus fuerit, cum eo salario, & prouisione sibi statuenda per generale consilium dictæ ciuitatis, quorum vnus semper permorari debeat die noctuq; ad custodiam dictæ turris, & ad ipsam inuigilare pro emergentibus dictæ ciuitatis, vt si casus aliquis accideret, mox debeat campanas turris pulsare pro vt oportunum fuerit. Et si domus quæpiá igne cremari cõtingerit statim septem ictibus pro qualibet vice (vt moris est) campanã, nuncupatã la raffanella, pulsare teneatur, ac debeat, vt populus ad ignem extinguẽdum excitetur, & currat. Et si rumor fieret, vel aliquod maleficiũ comitteretur in ciuitate, vel suburbiis ipsam campanellam cum pulsibus aut ictibus quinq; pulsare teneatur, & debeat in signum q custodes portarum claudere debeant portas ipsius ciuitatis & suburbii, vt malefactores extra ciuitatem, & suburbia exire nequeant. Teneantur itẽ dicti campanarii ipsam campanellam, seu raffanellam omni die pulsare hora vigesimatertia, vt moris est, & hora noctis secunda qualibet nocte, & ante dictam horam, vel post si sibi a rectore, vel Dominis Antianis imponeretur, vt post dictum sonum nemo sine lumine per vrbem vadat, & tantum in pulsando dictam campanellam perdurare debeãt, q verisimiliter quis possit ire ab vna parte dictæ ciuitatis ad aliã. Debeãt etiam horas diei, & noctis mox resonare post horas horologii cum maiori campana sub pœna solidorum quinq; boñ. qualibet vice qua contrafecerint. Quã item pulsare debeant pro conuocando, ac congregando officio Dominorum Antianorum, & pro congregatione generalis cõsilii dictæ ciuitatis tribus vicibus. Debeant rursus dicti campanarii dicta campana nuncupata la raffanella, sonare diebus iuridicis ad iura reddenda coram Domino Potestate Fauentiæ de mane tribus vicibus ex interuallo. Non possint tamen modo aliquo dictam raffanellam pulsare ad excitandum populum ad arma capienda sub pœna manus sibi amputandæ nisi comissum fuerit sibi ipsis, aut alteri eorum a rectore, vl Dominis Antianis expresse. Et in prædictis omnibus aliis semper teneãtur parere rectoribus, & Dominis Antianis dictæ ciuitatis pro tempore pro vt eis comissum fuerit, pœna eis, & cuilibet eorum in prædictis, & sibi comittendis solidorum quatraginta bonoñ. qualibet vice, & priuationis officii.

FINIS.

ADDITIONES.

QVoniam non est nouum, imo laudabile esse comprobatur, etiam apud auctores iuris, quæ additione, seu declaratione, aut castigatione digna esse videntur, ea suppleri, aut in melius reformari debere. Iccirco repetito examine in recognitione iam scriptorum statutorum, cõsiderantes maturius, infrascripta addenda, ac ponenda esse decernimus, quæ tanquam vltimo, ac melius excogitata inuiolabiliter volumus obseruari, ac præualere cæteris quibuscunq; etiã alias statutis facientibus in contrarium.

¶ Inprimis nãq; aduertentes ad statutum in tertio libro voluminis ipsorum statutorum positum sub rubrica. vii. de modo & forma procedendi in causis excedentibus summam librarum. x. boñ. dum in ea disponitur super instantia causarũ ciuiliũ, statuendum esse duximus, q nullo modo deseratur instãtia in præiuditium actoris, sed imo stet in suspenso vbi pro eius parte debita facta fuerit prosecutio in causa & fuerint in terminis congruis acta præsentata, quibus ipse actor vti voluerit iudici præsenti & intelligenti, siue in iudicio, aut extra cum instantia repetita, & quæ sufficiat facta, & repetita eodem etiam instanti, & in eadem scriptura adhibitis testibus per actuarium roganda, & scribenda vna cum protestatione ipsi iudici præsenti, & intelligenti simul facienda, quod causam expedire debeat ipse iudex & de poena statuti si expedire neglexerit. Quæ omnia etiã in præteritis præsentibus, & futuris volumus locum habere, atq; decernimus.

¶ Item considerantes ad aliud statutum in eodem libro scriptum sub rubrica. xxix. de bonis maternis, quo disponitur filios, & descendentes ab eis non succedere ab intestato mulieri habenti filium, vel nepotem aut pronepotem descendentem ex linea masculina reseruata tamẽ, ipsis vt supra exclusis, ab vniuersali successione legittima pro vt latius in eo statuto disponitur, addendũ esse duximus q vltra legittimã ipsam. Liceat tamen mulieribus vel feminis, ita exclusis vt supra, petere ac cõsequi ex eisdem bonis, quatenus habita solum legittima sibi deficeret ad congruam dotẽ nec aliunde haberent vnde dotari possent decenter, quo casu volumus vsq; ad portionem integram sibi suppleri quando dicta tota portio sibi de iure cõmuni debita dictam congruam omnibus coacervatis bonis non excederet.

¶ Expliciunt Statuta, cura & impensa Magnificæ Cõmunitatis Fauentinæ. Per Ioannem Mariam de Simonetis Cremonensem in eadẽ Ciuitate Fauentina impressa. Anno Dominicæ incarnatiõis. M. D. XXVII. Die. XXIIII. Decẽbris. Clementissimo Clementi Septimo Pont. Maximo imperante. Pontificatus sui Anno Quarto.

Registrum.

A B C D E F G H I K

¶ Quaterniones omnes, præter K qui est Duernio.

ERRORE POSTPOSITVM.

⁋De Vsuris & Iudeis. Rubrica. XXX.

VSurarum voraginem, quæ animas deuorat, & facultates exhaurit, compescere cupientes, quæ etiam vtraq; pagina testamenti condemnatur, necnon a sacris canonibus reprobatur, etenim quo minor fœneratoribus aderit fœnerandi cõmoditas, eo magis adimetur fœnus exercendi libertas. Ideo hac præsenti lege, statuto, & decreto in perpetuum valituro & duraturo. Decernimus, statuimus, & ordinamus, ꝙ nulli liceat, tá christiano q̄ hebreo, seu iudeo cuiuscũq; cõditionis, & gradus extiterit, fœnerari, seu sub vsuris quoquo mõ mutuare in ciuitate Fauẽtiæ ac suburbiis eiusq; territorio & districtu, ac ibi aliquo modo pignorare aut pignora recipere per se, vel alium, seu alios, directe vel indirecte, palá, vel occulte, sub quo vis quæsito colore, vel prætextu, nec aliqua pignora de dicta ciuitate eiusq; comitatu, territorio & districtu ab aliquo accipere pro deferendo illa ad aliquem alium locũ causa ea impignorandi, nec cum aliquo esse participem in impignorando aut pignorari faciendo, sub pœna. cc. ducatorum auri pro singulo & quolibet contrafaciente, & totiens quotiens cõtrafactum fuerit in quolibet casuum prædictorum & sub pœna perditionis vere sortis, pignorum & vsure, & ꝙ accusatori seu referenti & denuntianti detur, & applicet̃ tertia pars pœne prædicte, & alia duo tertia dicte pœne applicentur cõmunitati Fauentiæ, & restituantur pignora eas a quibus dicta pignora receperint absq; vera sorte & vsura in casu contrafactionis, nec cõtra hoc statutum aliquid statui possit etiam per consilium generale.

⁋Statuentes, volentes, ac mandantes item ꝙ omnes & singuli hebrei debeant ac teneantur vigore præsentis statuti ac decreti tam in ciuitate Fauentiæ q̄ eius comitatu & districtu deferre biretum coloris crocei discoopertũ, vt a christianis (sicuti decens est) ac sacri canones sanxerunt, dignoscantur, sub pœna ducatorum decem auri pro quolibet contrafaciente qualibet vice cõmuni Fauentiæ applicañ.

⁋Probibentes expresse per præsens statutum ꝙ nulli liceat hebreo seu iudeo in ciuitate Fauentiæ eiusq; comitatu & districtu modo aliquo apothecam aliquam habere & tenere ad vendendum pannos cuiuscunq; sortis, & tam nouos q̄ tritos prohibitos, nec aliqua pignorum genera sub aliquo quæsito colore, & pœna ducatorũ cc. auri pro qnolibet contrafaciente qualibet vice nisi obtentum fuerit per consilium generale ciuitatis Fauentiæ legittime congregatum & partito posito & obtento ad fabas, quod obtineri debeat per tres partes ex quattuor dicti consilii, vt supra, legittime congregati.

⁋Statuimus postremo, vt de cætero nullus hebreus seu iudeus cuiuscunq; cõditionis & gradus fuerit possit & valeat modo aliquo venire ad habitandum in ciuitate aut suburbiis, comitatu seu districtu ciuitatis Fauentiæ sub aliquo prætextu seu quæsito colore, sub pœna ducatorum centum auri. Et nihilominus discedere teneatur sub eadem met pœna, quæ pœna totiens cõmittatur, quotiens per quemlibet ex ius dicentibus in ciuitate Fauentiæ & seu per officium Dominorum Antianorum vel per alios agentes nomine cõmunitatis prædicte ei indicta seu nota facta fuerit dispositio præsentis statuti & decreti, nisi per cõsilium generale prædictum simili modo obtentum fuerit partitum per tres partes ex quattuor consilianorum tunc legittime congregatorum, nec partitum aliquod super prædictis obtineri possit aliter, nec alio modo, & aliter obtentum non valeat, nec sit alicuius roboris vel momẽti, hoc statutum sit præcisum in qualibet sui parte & capitulo.

Index Statutorum.

INDEX ORDINAMENTORVM MAGNIFICAE CIVITATIS FAVENTIAE.

RVBRICAE PRIMI LIBRI.

RVBRICAE SECVNDI LIBRI.

RVBRICAE TERTII LIBRI.

Index Statutorum.

RVBRICAE QVARTI LIBRI.

Index Statutorum.

Index Statutorum.

RVBRICAE Q.VINTI LIBRI.

Index Statutorum.

RVBRICAE SEXTI LIBRI.

RVBRICAE SEPTIMI LIBRI.

Explicit Index Statutorum Magnificæ Ciuitatis Fauentiæ.